

CALENDARIUM

PRO CELEBRATIONE MISSÆ
ET LITURGIÆ HORARUM

AD USUM
FRATRUM MINORUM
CUSTODIÆ TERRÆ SANCTÆ
(a fr. Henrico Bermejo Cabrera confectum)

PRO ANNO LITURGICO
2025 - 2026
(*A - II*)



HIEROSOLYMIS
2025

Fr. FRANCISCUS IELPO
ORDINIS FRATRUM MINORUM
TERRÆ SANCTÆ CUSTOS

DECRETUM

Quum Calendarium Romano-Seraphicum in usum huius Nostræ Almæ Custodiæ Terræ Sanctæ pro anno Liturgico 2025-2026 a Fr. Henrico Bermejo Cabrera iuxta Calendarium perpetuum Ordinis Nostri concinnatum et recensioribus Decretis Apostolicæ Sedis pro recta celebratione Liturgiæ Horarum et Missæ conforme repertum fuerit, Nos, vigore præsentium, facultatem facimus illud, servatis servandis, typis edendi.

Datum Hierosolymis, e conventu Ss. Salvatoris die 4 octobris 2025.



Fr. Franciscus Ielpo OFM
Custos T.S.

De mandato P.S. Reverendissimæ

Fr. ALBERTUS PARI OFM
Secretarius Custodialis

Le immagini (ss. XII-XIV) sono della chiesa «Panagia Phorbiotisa» di Asinou a Cipro. Fotografie ebc

The images are from the "Panagia Phorbiotissa" church of Asinou in Cyprus (12th-14th century). ebc photos

Las imágenes (siglos XII-XIV) son de la iglesia «Panagia Phorbiotissa» de Asinou en Chipre. Fotos ebc

PRO CALENDARIO ANNI LITURGICI 2025 - 2026

Celebrationes mobiles

Domenica I Adventus	30 nov.
Sanctæ Familiæ	28 dec.
Epiphania Domini	6 ian.
— ubi in dominicam transfertur	4 ian.
Baptisma Domini	11 ian.
Feria IV Cinerum	18 febr.
Dominica in Palmis.....	29 mart.
Dominica Resurrectionis	5 apr.
Ascensio Domini	14 maii
— ubi in dominicam transfertur	17 maii
Dominica Pentecostes	24 maii
Soll. Ss.mæ Trinitatis	31 maii
Soll. Ss.mi Corporis et Sanguinis Christi	4 iunii
— ubi in dominicam transfertur	7 iunii
Soll. Ss.mi Cordis Iesu	12 iunii
D.N.I.C. universorum Regis	22 nov.

Iuxta traditum morem, hæ celebrationes mobiles fidelibus annuntiari possunt in sollemnitate Epiphaniæ, intra Missarum sollemnia, post Evangelium (cf. *Missale Romanum*, p. 1247).

Festa de præcepto in Diœcesi Hierosolymitana

- | | |
|-----------------------|---------------------|
| 1. Nativitatis Domini | 3. Ascensio Domini |
| 2. Epiphania Domini | 4. Assumptio B.M.V. |

De Lectionario adhibendo

Lectionarium dominicale-festivum:

Cyclus A

Lectionarium feriale «per annum»: prima lectio sumitur e

Serie II

Tempus «per annum»

Anno 2026 tempus «per annum», complectitur 33 hebdomadas, quarum 6 celebrantur ante Quadragesimam, a die 12 ianuarii, feria II post festum Baptismatis Domini, usque ad diem 17 februarii, feriam III ante Cineres.

Post Pentecosten tempus «per annum» resumitur ab hebdomada VIII, die 25 maii, feria II post dominicam Pentecostes.

TABULA DIERUM LITURGICORUM secundum ordinem præcedentiæ disposita (AC 59)

I

1. Triduum paschale Passionis et Resurrectionis Domini.

2. Nativitas Domini, Epiphania, Ascensio et Pentecostes.

Dominicæ Adventus, Quadragesimæ et Paschæ.

Feria IV Cinerum.

Feriæ Hebdomadæ sanctæ, a feria II ad feriam V inclusive.

Dies infra octavam Paschæ.

3. Sollemnitates Domini, beatæ Mariæ Virginis et Sanctorum in calendario generali inscriptæ.

Commemoratio omnium fidelium defunctorum.

4. Sollemnitates propriæ, nempe:

a) Sollemnitas Patroni principalis loci seu oppidi aut civitatis (*celebratio peragenda etiam a Religiosis*).

b) Sollemnitas Dedicationis et anniversarii Dedicationis ecclesiæ propriæ.

c) Sollemnitas Tituli ecclesiæ propriæ.

d) Sollemnitas aut Tituli, aut Fundatoris, aut Patroni principalis Ordinis seu Congregationis (*ex his celebrationibus, una tantum tamquam sollemnitas in calendario inscribitur; reliquæ duæ ut festa agendæ sunt. Si Fundator sit tantum beatus, ut festum recolitur: CP 12b*).

II

5. Festa Domini in calendario generali inscripta.
6. Dominicæ temporis Nativitatis et dominicæ «per annum».
7. Festa beatæ Mariæ Virginis et Sanctorum calendarii generalis.
8. Festa propria, nempe:
 - a) Festum Patroni principalis diœcesis (*rationibus pastoralibus suadentibus, fieri potest sollemnitatis*: CP 8, 9; *celebratio peragenda etiam a Religiosis*).
 - b) Festum anniversarii Dedicationis ecclesiæ cathedralis (*etiam a Religiosis*).
 - c) Festum Patroni principalis regionis aut provinciæ, nationis, amplioris territorii (CP 8, 9; *etiam a Religiosis*).
 - d) Festum Tituli, Fundatoris, Patroni principalis Ordinis seu Congregationis et provinciæ religiosæ, salvis præscriptis sub n. 4d.
 - e) Alia festa alicui ecclesiæ propria.
 - f) Alia festa inscripta in calendario cuiusque diœcesis vel Ordinis seu Congregationis.
9. Feriæ Adventus a die 17 ad 24 decembris inclusive. Dies infra octavam Nativitatis.
- Feriæ Quadragesimæ.

III

10. Memoria obligatoriæ calendarii generalis.
11. Memoria obligatoriæ propriæ, nempe:
 - a) Memoria Patroni secundarii loci, diœcesis, regionis aut provinciæ religiosæ.
 - b) Aliæ memoriæ obligatoriæ inscriptæ in calendario cuiusque diœcesis, vel Ordinis seu Congregationis (*in qualibet ecclesia vel oratorio, celebranda est memoria Sancti vel Beati [in Martyrologio vel eius appendice inscripti] cuius corpus ibidem asservatur*: CP 11).
12. Memoria ad libitum (*memoria propria præferenda est memoriæ generali non obligatoriæ*: CP 23 c), quæ tamen, modo quidem peculiari in Institutionibus generalibus Missalis Romani et de Liturgia Horarum descripto, fieri possunt etiam diebus de quibus sub n. 9 (IH 237-239; IM 316 a. Cf. infra).

Hac eadem ratione, ut memoriæ ad libitum celebrari possunt memoriæ obligatoriæ, quæ accidentaliter occurrunt in feriis Quadragesimæ.

13. Feriæ Adventus usque ad diem 16 decembris inclusive.

Feriæ temporis Nativitatis a die 2 ianuarii ad sabbatum post Epiphaniam.

Feriæ temporis paschalis a feria II post octavam Paschæ ad sabbatum ante Pentecosten inclusive.

Feriæ per annum.

DE ANNO LITURGICO ET DE CALENDARIO

Dies liturgici

1. *Dies liturgicus* decurrit a media nocte ad mediam noctem. Celebratio vero dominicæ et sollemnitatum incipit iam vespere diei præcedentis (AC 3).

2. *Dominica* uti primordialis dies festus haberi debet (AC 4). Propter suum peculiare momentum, dominica suam cedit celebrationem solummodo sollemnitatibus necnon festis Domini; dominicæ vero Adventus, Quadragesimæ et Paschæ super omnia festa Domini et super omnes sollemnitates præcedentiam habent. Sollemnitates autem in his dominicis occurrentes ad alium diem transferuntur, iuxta ea quæ infra, n. 10, dicuntur.

3. *Sollemnitates* inter dies præcipuos adnumerantur, quorum celebratio incipit a I Vesperis, die præcedenti. Nonnullæ sollemnitates etiam Missa propria vigiliæ ditantur, vespere diei præcedentis adhibenda, si Missa horis vespertinis celebratur (AC 11).

4. *Festa* inter fines diei naturalis celebrantur; proinde non habent I Vesperas, nisi de festis Domini agatur quæ in dominicis per annum et tempore Nativitatis occurrunt et pro earum Officio substituuntur (AC 13).

5. *Memoriæ* sunt obligatoriæ vel ad libitum; earum autem celebratio cum celebratione feriæ occurrentis componitur secundum normas, quæ in Institutionibus generalibus Missalis Romani et de Liturgia Horarum

exponuntur. Memoriae vero obligatoriae, quae occurrunt in feriis Quadragesimae, solummodo tamquam memoriae ad libitum celebrari possunt (IH 237-239; IM 355 a).

Si eodem die plures inscribuntur in calendario memoriae ad libitum, una tantum celebrari potest, omissis ceteris (AC 14).

6. In *sabbatis* per annum, in quibus non occurrat memoria obligatoria, fieri potest memoria ad libitum de beata Mariae Virgine (AC 15).

7. Hebdomadae dies, qui post dominicam decurrunt, *feriae* nuncupantur; diversa tamen ratione celebrantur, iuxta momentum ipsis proprium (AC 16).

Rogationes et Quattuor Tempora

8. In Rogationibus et Quattuor anni Temporibus, Ecclesia solet pro variis hominum necessitatibus, imprimis vero pro fructibus terrae et hominum laboribus, Dominum exorare, eique publice gratias referre. Ut Rogationes et Quattuor anni Tempora diversis locorum et fidelium necessitatibus aptari possint, quoad tempus et rationem illa celebrandi a conferentiis Episcoporum ordinentur oportet. De eorum proinde amplitudine celebrationis, per unum vel plures dies protrahendae, de eorum iteratione per anni decursum, normae statuuntur a competenti auctoritate, attentis necessitatibus localibus. Missa pro singulis diebus harum celebrationum inter votivas eligatur, quae sit magis accommodata supplicationum proposito (AC 45-47).

Occurrentia celebrationum liturgicarum

9. Si eodem die plures celebrationes occurrunt, fit de ea quae in tabula dierum liturgicorum, supra relata, superiorem obtinet locum (AC 60).

10. Si quodam anno sollemnitas impediatur, ad proximiorum diem transferatur qui liber sit a diebus sub nn. 1-8 in tabula praecedentiae recensitis (AC 60). Attamen si sollemnitas a dominica Adventus vel Quadragesimae vel Paschae impediatur, ad feriam secundam sequentem aut in proximiorum diem liberum, secundum normam generalem transfertur. Si vero agatur de occurrentia in dominica in Palmis aut in

dominica Resurrectionis, transfertur ad primum diem liberum, post dominicam in octava Paschæ (*Congr. de Cultu Divino*, 22 apr. 1990: *Not.* 26[1990]160). Reliquæ celebrationes impeditur eo anno omituntur (AC 60).

11. Si vero eodem die celebrandæ sint Vesperæ Officii occurrentis et I Vesperæ diei sequentis, prævalent Vesperæ celebrationis quæ in tabula dierum liturgicorum superiorem obtinet locum; in casu autem paritatis, Vesperæ diei currentis (AC 61).

«Celebratio externa»

12. Ad bonum pastorale fidelium procurandum, in dominicis «per annum», licet eas celebrationes agere, quæ infra hebdomadam occurrunt, quæque ipsorum fidelium pietati sunt acceptæ, dummodo hæ in tabula præcedentiæ ipsi dominicæ præponantur. De his celebrationibus dici possunt omnes Missæ, quæ concurrente populo celebrantur (AC 58).

DE CELEBRATIONE EUCHARISTICA

De diversis formis Missam celebrandi

De Missa cui præest Episcopus

1. In Ecclesia particulari primus locus tribuatur Missæ cui præest Episcopus a suo presbyterio et ministris circumdatus et in qua plebs sancta Dei plene et actuose participat. Ibi enim habetur præcipua manifestatio Ecclesiæ (IM 112).

De Missa parœciali

2. Magni etiam habeatur Missa quæ cum aliqua communitate, præsertim vero parœciali, celebratur, utpote quæ Ecclesiam universalem repræsentet tempore et loco statutis, præcipue in celebratione dominicali (IM 113).

De Missa conventuali vel communitatis

3. Inter Missas quæ ab aliquibus communitatibus celebrantur, peculiarem locum obtinet Missa conventualis, quæ pars est Officii cotidiani,

aut Missa, quæ «Communitatis» dicitur. Et quamvis hæ Missæ nullam specialem formam celebrationis præ se ferant, maxime tamen decet eas cum cantu fieri, præcipue cum plena participatione omnium sodalium communitatis sive religiosorum sive canonicorum. In iis proinde munus suum exercent singuli iuxta ordinem vel ministerium receptum.

Expedit ideo ut omnes sacerdotes qui pro utilitate pastorali fidelium singulariter celebrare non tenentur, in iis, quantum fieri potest, concelebrent. Omnes insuper ad eam communitatem pertinentes sacerdotes, qui officio in bonum pastorale fidelium singulariter celebrandi tenentur, Missam quoque conventualem aut «Communitatis» eadem die concelebrare possunt. Præstat enim presbyteros, qui celebrationi eucharisticæ intersunt, nisi iusta causa excusentur, munere proprii ordinis de more exercere et proinde uti concelebrentes participare, sacris vestibus indutos (IM 114).

De Missis concelebratis

4. Per Eucharistiæ concelebrationem unitas sacrificii et sacerdotii opportune manifestatur, atque quoties fideles actuose participant, unitas populi Dei singulari modo apparet, præsertim si præest Episcopus. Concelebratio insuper fraterna presbyterorum vincula significat et firmat, quia vi communis sacræ ordinationis et missionis presbyteri omnes inter se intima fraternitate nectuntur.

Quare, nisi utilitas fidelium (quæ sedula pastoralis sollicitudine semper considerata est) hoc impediat, et integra manente cuique sacerdote facultate Missam singularem celebrandi, præstat sacerdotes illo præclaro modo Eucharistiam celebrare tum in communitatibus sacerdotum tum in cœtibus qui statutis temporibus congregantur aliisque similibus adiunctis. Qui in communi vivunt vel eidem ecclesiæ deserviunt, peregrinos sacerdotes ad concelebrationem suam libenti animo invitent. Hinc superiores faciliorem reddant, immo foveant concelebrationem, quoties necessitas pastoralis vel alia rationabilis causa aliud non exigit (Instr. *Eucharisticum mysterium*, 47).

De Missa pro populo

5. Parochus, post captam parœciæ possessionem, obligatione tenetur, singulis diebus dominicis atque festis in sua diœcesi de præcepto, Missam pro populo sibi commissio applicandi; qui vero ab hac celebratione legitime impediatur, iisdem diebus per alium aut aliis diebus per se ipse applicet.

Parochus, qui plurium parœciarum curam habet, diebus de quibus supra, unam tantum Missam pro universo sibi commissio populo applicare tenetur (CIC can. 534).

Attamen

in Diœcesi Hierosolymitana et Vicariatus Apostolicus Aleppensis: « Vigore Rescripti No. 210/84, die 29 mensis Aprilis 1986, a S. C. pro Ecclesiis Orientalibus dati, omnes parochi, utriusque Cleri, diœcesis Hierosolymitanæ, post captam parœciæ possessionem, TENENTUR Missam applicare pro populo sequentibus sollemnitatibus:

Nativitatis Domini	Immaculatæ Conceptionis B.V.M.
Epiphaniæ	Assumptionis B.V.M.
Paschatis	Sancti Ioseph, sponsi B.V.M.
Ascensionis	Sanctorum App. Petri et Pauli
Pentecostes	Omnium Sanctorum.

Sanctissimi Corporis Christi

SUADENTUR autem frequentius Missam pro populo applicari, præsertim: diebus dominicis, in festo Titularis Ecclesiæ parœcialis.

Datum Hierosolimis, die I^a Augusti A.D. 1986.

Iacobus Ioseph, Patriarcha»

(Pro Vicariatu Apostolico Aleppensi, Cfr. Indultum Sacr. Congr. pro Eccl. Orient., Prot. n. 571/68)

1.	Sollemnitates de præcepto	V1	–		
		D1	–		
2.	Dominicæ Adventus, Quadragesimæ et Paschæ	V1	–		
		D1	–		
3.	Triduum paschale et Feria V Hebd. S.	V1	–		
		D1	–		
4.	Sollemnitates non de præcepto. Comm. omnium fidelium defunctorum	V1	–		
		D1	+		
5.	Feria IV Cinerum, Feriæ II, III, IV Hebd. S.	V1	–		
		D1	+		
6.	Dies infra octavam Paschæ	V1	–		
		D1	+		
7.	Dominicæ temporis Nativitatis et « per annum »	V1	+	V2	–
		D1	+	D2	–
8.	Festa	V1	+	V2	–
		D1	+	D2	–
9.	Feriæ Adventus a 17 ad 24 decembris	V1	+	V2	–
		D1	+	D2	+
10.	Dies infra octavam Nativitatis	V1	+	V2	–
		D1	+	D2	+
11.	Feriæ Quadragesimæ	V1	+	V2	–
		D1	+	D2	+
12.	Memoriæ obligatoriæ	V1	+	V2	+
		D1	+	D2	+
13.	Feriæ Adventus usque ad 16 decembris	V1	+	V2	+
		D1	+	D2	+
14.	Feriæ temporis Nativitatis a 2 ianuarii	V1	+	V2	+
		D1	+	D2	+
15.	Feriæ temporis paschalis	V1	+	V2	+
		D1	+	D2	+
16.	Feriæ « per annum »	V1	+	V2	+
		D1	+	D2	+
				V3	+
				D3	+

De Missa eligenda

(IM 352-355, 363)

7. In sollemnitatibus, sacerdos Missam eligit iuxta calendarium ecclesiæ in qua celebrat.

8. In dominicis, in feriis Adventus, Nativitatis, Quadragesimæ et Paschæ, in festis et memoriis obligatoriis:

a) si Missam celebrat cum populo, sacerdos sequitur calendarium ecclesiæ in qua celebrat;

b) si Missam celebrat sine populo, sacerdos sequi potest aut calendarium ecclesiæ aut calendarium proprium.

9. In memoriis ad libitum:

a) In feriis Adventus a die 17 ad 24 decembris, diebus infra octavam Nativitatis et in feriis Quadragesimæ, exceptis IV Cinerum et Hebdomadæ sanctæ, sacerdos dicit Missam de die occurrente; de memoria autem in calendario generali eo die inscripta sumere potest collectam, nisi occurrat feria IV Cinerum aut feria Hebdomadæ sanctæ.

b) In feriis Adventus ante diem 17 decembris, in feriis temporis Nativitatis a die 2 ianuarii et in feriis temporis Paschalis, sacerdos eligere potest aut Missam de feria, aut Missam de Sancto de quo fiat memoria, aut eo die in Martyrologio inscripto.

10. In feriis «per annum», seligi potest:

a) aut una ex 34 missis dominicarum «per annum»; in ea tamen orationes sumi possunt ex alia dominica «per annum» vel ex orationibus pro variis necessitatibus (IM 363).

b) aut Missa de aliquo Sancto eo die uti memoria ad libitum in calendario proposito, vel eo ipso die in Martyrologio inscripto;

c) aut Missa pro variis necessitatibus vel votiva;

d) aut quævis Missa defunctorum; Missa tamen cotidiana tunc solummodo dici potest, si pro defunctis applicanda est.

Si celebrat cum populo, sacerdos imprimis bono spirituali fidelium studebit, et cavebit ne iis suam propensionem imponat. Curabit præcipue ne frequentius et sine sufficienti causa lectiones omittat singulis diebus assignatis in lectionario feriali. Ecclesia enim cupit ut ditior mensa verbi Dei paretur fidelibus.

Ob eandem causam moderate sumet Missas defunctorum: quælibet enim Missa tam pro vivis quam pro defunctis offertur, et in omni Prece eucharistica memoria defunctorum habetur.

Ubi autem fidelibus cordi sunt memoriæ ad libitum beatæ Mariæ Virginis vel Sanctorum, una saltem Missa de his celebretur, ut satisfiat legitima eorum pietati (IM 353).

Scelta della Messa

(IM 352-355, 363)

7. Nelle solennità, il sacerdote è tenuto a seguire il calendario della chiesa in cui celebra.

8. Nelle domeniche, nelle ferie di Avvento, di Natale, di Quaresime e di Pasqua, nelle feste e nelle memorie obbligatorie:

a) se la messa la celebra con il popolo, sacerdote segue il calendario della chiesa in cui celebra;

b) se la Messa la celebra senza il popolo, il sacerdote può scegliere tra il calendario della chiesa e il calendario proprio.

9. Nelle memorie facoltative:

a) Nelle ferie di Avvento dal 17 al 24 dicembre, nei giorni tra l'ottava di Natale e nelle ferie di Quaresima, eccetto il mercoledì delle Ceneri e le ferie della Settimana santa, il sacerdote dice la Messa del giorno liturgico che ricorre; però può dire la colletta della memoria segnata in quel giorno nel calendario generale, purché non sia il mercoledì delle Ceneri o una feria della Settimana Santa.

b) Nelle ferie di Avvento prima del 17 dicembre, nelle ferie del tempo natalizio a cominciare dal 2 gennaio e in quelle del tempo pasquale, si può scegliere o la Messa della feria, o la Messa del santo o di uno dei santi di cui si fa la memoria, o la Messa di un santo ricordato in quel giorno nel martirologio. *Nelle memorie si tiene quello che è nel proprio, il resto, potendo scegliere tra il comune o la feria corrente, si preferisce la feria corrente.*

10. Nelle ferie del tempo ordinario si può scegliere:

a) o la Messa della domenica precedente o una delle 34 domeniche del tempo ordinario (le orazioni tuttavia si possono prendere da un'altra domenica del tempo ordinario) oppure da quelle per varie necessità (IM 363);

b) o la Messa di un Santo proposto come memoria facoltativa, oppure iscritto quel giorno nel Martirologio;

c) o una Messa per varie necessità o votiva;

d) o qualche Messa dei defunti; tuttavia la Messa "quotidiana" si può dire soltanto se si applica per qualche defunto.

Se celebra con partecipazione del popolo, il sacerdote si preoccupi innanzitutto del bene spirituale dei fedeli, evitando di imporre i propri gusti. Soprattutto cerchi di non omettere troppo spesso e senza motivo sufficienti le letture assegnate per i singoli giorni dal Lezionario feriale: la Chiesa desidera infatti che venga offerta ai fedeli una mensa sempre più abbondante della parola di Dio.

Per lo stesso motivo, non ricorra troppo spesso alle Messe dei defunti: tutte le Messe sono offerte per i vivi e per i defunti, e dei defunti si fa la memoria in ogni Preghiera eucaristica.

Là dove le «memorie» facoltative della beata Vergine, o di un santo, sono care alla pietà dei fedeli, si celebri almeno una Messa in loro onore per sodificare alla legittima devozione dei fedeli (IM 353).

De Missis et orationibus ad diversa et votivis

(IM 368-378)

11. Perspecta ampliore facultate eligendi lectiones et orationes, expedit ut Missæ ad diversa moderate, idest quando opportunitas id exigit, adhibeantur.

12. In his Missis, nisi aliter expresse caveatur, licet adhibere lectiones feriales, necnon cantus inter ipsas occurrentes, si cum celebratione conveniant.

13. Missæ rituales, seu quæ cum celebratione quorundam sacramentorum et sacramentalium conectuntur, prohibentur in dominicis Adventus, Quadragesimæ et Paschæ, in sollemnitatibus, in diebus infra octavam Paschæ, in Commemoratione omnium fidelium defunctorum et in feriis IV Cinerum et Hebdomadæ sanctæ, servatis insuper normis quæ in libris ritualibus vel in ipsis Missis exponuntur.

14. Ad Missas pro variis necessitatibus et votivas quod attinet, hæc animadvertantur:

a) Missa pro aliqua graviore necessitate vel utilitate pastorali celebrari potest, de mandato vel licentia Ordinarii loci, omnibus diebus, exceptis sollemnitatibus, dominicis Adventus, Quadragesimæ et Paschæ diebus infra octavam Paschæ, Commemoratione omnium fidelium defunctorum et feriis IV Cinerum et Hebdomadæ sanctæ.

b) Missa pro aliqua vera necessitate aut utilitate pastorali cum populo celebrari potest, de iudicio rectoris ecclesiæ vel ipsius sacerdotis celebrantis, etiam, diebus quibus occurrit memoria obligatoria aut feria Adventus usque ad diem 16 decembris, temporis Nativitatis a die 2 ianuarii, et temporis paschalis post octavam Paschatis, in quibus Missæ votivæ prohibentur.

c) Missæ et orationes ad diversa et votivæ, quæ pro fidelium pietate libere eligendæ proponuntur adhiberi possunt tantummodo in feriis per annum, in quibus non occurrit memoria obligatoria. De iisdem tamen Missis adhiberi possunt etiam solummodo orationes in Missa feriæ currentis, retentis lectionibus feriæ assignatis (IM 323, 334, 319).

De Missa «Pro sponsis»

15. Quoties Matrimonium intra Missam celebratur, adhibetur, cum sacris vestibus coloris albi vel festivi, Missa ritualis « pro sponsis ». Occurrentibus vero diebus, qui sub nn. 1-4 tabulæ dierum liturgicorum recensentur, adhibetur Missa de die cum suis lectionibus, retentis in ea benedictione nuptiali, atque, pro opportunitate, formula benedictionis finalis propria. Si tamen, tempore Nativitatis et per annum, Missa, in qua dominica die Matrimonium celebratur, a communitate paroeciali participatur, adhibetur Missa de dominica.

Attamen, cum liturgia verbi celebrationi Matrimonii aptata magnam vim habeat in catechesi de ipso Sacramento et de muneribus coniugum tradenda, quando Missa « pro sponsis » non dicitur, una e lectionibus sumi potest e textibus pro celebratione Matrimonii prævisis (*Ordo celebrandi Matrimonium* 34).

16. Si matrimonium celebretur die indolem pænitentialem præ se ferente, præsertim tempore Quadragesimæ, parochus sponsos moneat ut rationem habeant peculiaris naturæ illius diei. Celebratio Matrimonii feria sexta

in Passione Domini et Sabbato Sancto omnino vitetur (*Ordo celebrandi Matrimonium* 32).

De anniversariis Papæ, Episcopi et propriæ Ordinationis sacerdotalis

17. In feriis per annum dici potest Missa de his anniversariis vel tantum orationes aut collecta. Insuper, si utilitas fidelium id suadeat, Missa pro his circumstantiis dici potest etiam aliis diebus, secundum ea quæ supra dicta sunt, de Missis et orationibus pro variis necessitatibus et votivis (n. 14 *b*). Præstat vero ut de his anniversariis mentio peculiaris habeatur in oratione fidelium.

De Missis defunctorum

(IM 379-385)

18. Missa exsequialis primum locum tenet inter Missas defunctorum, et celebrari potest omnibus diebus, exceptis sollemnitatibus de præcepto, feria V Hebdomadæ sanctæ, Triduo paschali et dominicis Adventus, Quadragesimæ et Paschæ.

19. Si Missa exsequialis directo conectitur cum ritu exsequiarum, dicta oratione post communionem, et omisso ritu conclusionis, fit ritus ultimæ commendationis et valedictionis; qui ritus nonnisi præsentem cadavere celebratur. Ergo, absente cadavere, castrum doloris vel tapetum funebre non amplius permittuntur. Apud feretrum laudabiliter cereus paschalis accenditur.

20. Post acceptum mortis nuntium, in ultima sepultura defuncti, in *primo* anniversario ab obitu, Missa defunctorum dici potest etiam diebus infra octavam Nativitatis, et diebus quibus occurrit memoria obligatoria, vel feria, quæ non sit IV Cinerum vel Hebdomadæ sanctæ.

21. Missæ cotidianæ defunctorum, nisi vera utilitas fidelium id requirat, permittuntur solummodo in feriis « per annum », in quibus occurrunt memoriæ ad libitum vel fit officium de feria, dummodo pro defunctis revera applicentur.

22. In eligendis et ordinandis iis partibus Missæ pro defunctis, præsertim Missæ exsequalis, quæ variari possunt (ex. gr. orationibus, lectionibus, oratione universali), præ oculis habeantur, ut par est, rationes pastorales, quoad defunctum, eius familiam et astantes.

23. In Missis defunctorum color violaceus colori nigro præferatur. Altaria floribus ne ornentur. Sonus organi et aliorum instrumentum permittitur tantum ad cantum sustentandum (*Cer. Episc.*, n. 252).

Animadvertenda circa nonnullas partes celebrationis

24. *Gloria* dicitur diebus dominicis extra Adventum et Quadragesimam, in sollemnitatibus et festis, et in peculiaribus celebrationibus sollemnioribus (IM 53). Non dicitur proinde in feriis, ne temporis quidem Nativitatis aut Paschæ, neque in memoriis.

25. *Collecta* est semper unica (quod valet etiam de oratione super oblata et post communionem).

Supplicationes pro aliqua occurrente necessitate, vel memoria alicuius anniversarii, fiat in oratione fidelium.

26. In *lectionario feriali*, lectiones proponuntur pro singulis diebus cuiusque hebdomadæ per universum cursum anni: proinde hæ lectiones plerumque sumuntur diebus quibus sunt assignatæ, nisi occurrat sollemnitas vel festum vel memoria lectiones proprias N.T. (i. e. quæ de mysterio vel Sancto loquantur) habens.

Si tamen aliquando lectio continua in hebdomada intermittitur ob aliquod festum vel aliquam peculiarem celebrationem, sacerdoti licebit, præ oculis habita ordinatione lectionum totius hebdomadæ, aut partes omittendas una cum aliis componere aut statuere quinam textus aliis præferendi sint. In Missis pro peculiaribus coetibus, sacerdoti licebit textus peculiari celebrationi aptiores eligere, dummodo ex approbati lectionarii textibus seligantur (IM 358).

27. *Symbolum* dicendum est diebus dominicis et in sollemnitatibus; dici potest etiam in peculiaribus celebrationibus sollemnioribus.

28. Normæ pro singulis *precibus eucharisticis* proferendis, in ipsis precibus includuntur.

In Missis *præfationem* propriam habentibus, adhiberi nequit prex eucharistica quæ ditata sit *præfatione* inseparabili, i.e. quæ unitatem efformet cum toto textu precis eucharisticæ.

29. Fideles sacram *communione* recipiunt post communionem ipsius sacerdotis. Valde convenit, ut fideles ex hostiis in eadem Missa consecratis Corpus Dominicum sumant et in casibus prævisis calicem participant, quo etiam per signa communio melius appareat participatio sacrificii, quod actu celebratur (IM 85, 282-283).

Fideles, qui sanctissimam Eucharistiam iam receperunt, possunt eam eodem die iterum sumere, intra aliam celebrationem eucharisticam quam participant (cf. CIC can. 917 et respectivam interpretationem autenticam diei 26.VI.1984).

30. *Communio sub utraque specie* permittitur, præter casus in libris ritualibus expositos: *a)* sacerdotibus qui sacrum celebrare vel concelebrare non possunt; *b)* diacono et ceteris qui aliquod officium in Missa implent; *c)* sodalibus communitatum in Missa conventuali vel in illa quæ «communitatis» dicitur, alumnis seminariorum, omnibus qui exercitiis spiritualibus vacant vel conventum spiritualem aut pastorem participant.

Episcopo diœsano facultas datur Communionem sub utraque specie permittendi, quoties id sacerdoti cui, uti pastori proprio, communis commissa est, opportunum videatur dummodo fideles bene instructi sint et absit omne periculum profanationis Sacramenti, vel ritus difficilior evadat ob multitudinem participantium aliamve causam (IM 283).

DE LITURGIA HORARUM

De Liturgiæ Horarum obligatione

1. Episcopi et presbyteri, aliique ministri sacri, qui mandatum ab Ecclesia acceperunt Liturgiam Horarum celebrandi, integrum eius cursum cotidie persolvant, horarum veritate, quantum fieri potest servata.

Debitum in primis momentum tribuant Horis, quæ huiusmodi Liturgiæ sunt veluti cardo, idest Laudibus matutinis et Vesperis, caveantque ne has Horas omittant nisi gravi de causa.

Officium quoque lectionis, quod est potissimum celebratio liturgica verbi Dei, fideliter peragant; ita munus peculiari ratione sibi proprium, verbum Dei in seipso recipiendi, cotidie adimplent, quo perfectiores fiant Domini discipuli et profundius sapiant investigabiles divitias Christi.

Quo melius totum diem sanctificent, cordi insuper ipsis erit recitatio Horæ mediæ et Completorii, quo ante cubitum integrum Opus Dei perficiant seseque Deo commendent (IH 29).

2. Capitula cathedralia et collegialia illas partes Liturgiæ Horarum in choro persolvere debent, quæ iis iure universali vel proprio imponuntur.

Singuli vero horum Capitulorum sodales, præter horas, quæ omnibus sacrorum administris persolvendæ sunt, illas Horas soli recitare debent, quæ in eorum Capitulo persolvuntur (IH 31 a).

3. Communitates religiosæ Liturgiæ Horarum adstrictæ, earumque singuli sodales, Horas celebrent ad normam iuris sui particularis, salvo præscripto circa eos qui Ordinem sacrum acceperunt.

Communitates vero choro adstrictæ integrum cursum Horarum cotidie in choro persolvant, extra chorum autem sodales Horas recitent ad normam iuris proprii, salvis semper iis quæ respiciunt eos qui Ordinem sacrum acceperunt (IH 31 b).

De ordinanda Liturgia Horarum

4. Officium in choro et in communi persolvendum est iuxta calendarium proprium, scilicet dioecesis vel familiæ religiosæ vel singularum ecclesiarum (IH 241; AC 52 c).

In celebratione quæ a solo fit, servari potest aut calendarium loci aut calendarium proprium, præterquam in sollemnitatibus et festis propriis (IH 243).

5. IN DOMINICIS (IH 204-207)

a) Omnia dicuntur ut in Ordinario, in Psalterio et in Proprio, secundum temporum diversitatem.

b) Dicuntur I et II Vesperæ.

c) In Officio Lectionis, post lectionem alteram cum suo responsorio, dicitur *Te Deum*, quadragesimali tempore excepto.

6. IN SOLLEMNITATIBUS (IH 225-230)

a) Ad I Vesperas: omnia ut in Proprio vel Communi.

b) Completorium subsequens: de dominica post I Vesperas.

c) Ad Officium Lectionis: omnia ut in Proprio vel Communi; semper dicitur *Tē Deum*.

d) Ad Laudes Matutinas: omnia e Proprio vel Communi, cum psalmis dominicæ hebdomadæ I.

e) Ad Tertiam, Sextam et Nonam (seu ad Horam mediam):

1) hymnus ut in Ordinario;

2) antiphona, lectio brevis, versus et oratio ut in Proprio vel Communi;

3) psalmodia:

— si sollemnitati psalmi proprii assignantur, iidem dicendi sunt ad unam ex his Horis; qui ceteras duas Horas persolvunt, psalmos sumant e serie complementari (quæ in fine Psalterii exstat);

— si sollemnitas psalmis propriis careat et in dominica occurrat, ad unam ex his Horis psalmi dominicæ hebdomadæ I dicendi sunt; qui reliquas duas Horas persolvunt, psalmodiam complementarem adhibeant;

— secus, omnes psalmi e psalmodia complementari sumuntur.

f) Ad II Vesperas: omnia ut in Proprio vel Communi.

g) Completorium subsequens: de dominica post II Vesperas.

7. IN FESTIS (IH 231-234)

a) I Vesperæ dicuntur tantum in festis Domini in calendario generali inscriptis (cf. *Tabllal Idierum lit.*, n. 5), quæ in dominica occurrunt. Completorium subsequens de dominica post I Vesperas.

b) Ad Officium Lectionis: omnia ut in Proprio vel Communi; semper dicitur *Tē Deum*.

c) Ad Laudes Matutinas: omnia ut in Proprio vel Communi, cum psalmis dominicæ hebdomadæ I.

d) Ad Tertiam, Sextam et Nonam (seu ad Horam mediam):

1) hymnus ut in Ordinario;

2) lectio brevis, versus et oratio ut in Proprio vel Communi;

3) ad unam ex his Horis antiphonæ (nisi propriæ habeantur) et psalmi de currenti hebdomadæ die qui ceteras Horas persolvunt psalmodiam complementarem sumant.

e) Ad Vesperas: omnia ut in Proprio vel Communi.

f) Completorium: de currenti hebdomadæ die.

8. IN MEMORIIS (IH 220, 234-236)

a) Ad Laudes Matutinas, Vesperas et Officium Lectionis:

1) psalmi cum suis antiphonis: e feria currenti;

N.B. Si memoria antiphonis propriis gaudeat pro Laudibus, hæ adhibeantur cum psalmis dominicæ hebdomadæ I; si antiphonis propriis pro Vesperis fruatur, hæ adhibeantur cum psalmis de Communi.

2) antiphona ad invitorium, hymni, lectiones breves cum suo versu, antiphonæ ad *Benedictus* et *Magnificat*, preces:

— si propria assignatur, dicenda sunt de memoria;

— secus eligi possunt e feria vel Communi;

3) oratio semper de memoria.

b) Ad Officium Lectionis:

1) lectio biblica cum suo responsorio est de Tempore currenti;

2) lectio altera est hagiographica, cum responsorio proprio vel de Communi; si lectio hagiographica propria deest, dicitur lectio patristica feriæ currentis;

3) numquam dicitur *Te Deum*.

c) Ad Tertiam, Sextam et Nonam (seu ad Horam mediam) et ad Completorium: omnia de feria currenti.

9. IN FERIIS

a) Omnia dicuntur ut in Ordinario, in Psalterio et in Proprio, secundum Temporum diversitatem.

b) Ad Officium lectionis numquam dicitur *Te Deum*.

c) Oratio ad Officium lectionis e Proprio sumitur; in ceteris Horis, tempore per annum e Psalterio, aliis vero temporibus e Proprio.

De memoriis quæ celebratione plena privantur
(IH 237-239; IM 355a)

10. Memoriae quæ diebus a 17 ad 31 decembris et feriis Quadragesimæ occurrunt (exclusis feriæ IV Cinerum et Hebdomada sancta), hoc modo celebrari possunt:

a) In Officio Lectionis, post lectionem e Patribus in Proprio de Tempore cum suo responsorio, addatur lectio hagiografica propria cum suo responsorio et oratione de Sancto.

b) Ad Laudes Matutinas et Vesperas, post orationem, ommissa conclusione, addantur antiphona et oratio de Sancto.

c) Ad Missam diei currentis dici potest collecta de Sancto, qui in calendario generali inscribitur.

LITURGIA DELLE ORE
Modo di ordinare la liturgia delle ore

4. L'Ufficio in coro e in comune si deve celebrare secondo il calendario proprio, cioè della diocesi, o della famiglia religiosa, o delle singole chiese (IH 241; AC 52c).

Nella celebrazione individuale si può seguire o il calendario del luogo o il calendario proprio, eccetto nelle solennità e nelle feste proprie (IH 243).

5. NELLE DOMENICHE (IH 204-207)

a) Tutte le parti si prendono dal salterio, eccetto quelle assegnate come proprie, secondo la diversità del tempo.

b) Si dicono i I e i II vespri.

c) Nell'Ufficio delle Letture, dopo la seconda lettura ed il suo responsorio, si dice il *Te Deum*, eccetto in Cuaresima.

6. NELLE SOLENNITÀ (IH 225-230)

a) Nei I Vespri: tutto come nel proprio o nel comune.

b) Compieta: della domenica dopo i I vespri.

c) All'Ufficio delle letture: tutto come nel Proprio o nel Comune; si dice sempre il *Te Deum*.

d) Alle Lodi mattutine tutto dal Proprio o dal Comune, coi i salmi della domenica della I Settimana.

e) A terza, Sesta e Nona (cioè all'Ora media):

1. inno dell'Ordinario:

2. antifona, lettura breve, versetto e orazione del proprio o del Comune;

3. salmodia:

– se la solennità ha salmi propri, si dicono quelli; coloro che celebrano le altre due Ore, prendano i salmi dalla serie complementari (che si trova alla fine del Salterio);

– se la solennità non ha salmi propri e cade di domenica, ad una delle ore si dicano i salmi della domenica della prima settimana; coloro che recitano anche le altre due ore, usino la salmodia complementare;

– altrimenti, si prendono tutti i salmi da quelli complementari.

f) Ai II Vespri: tutto dal Proprio o dal Comune.

g) Compieta: della domenica dopo i II Vespri.

7. NELLE FESTE (IH 231-234)

a) I primi vespri si dicono soltanto nelle feste del Signore, iscritte nel calendario generale (cf. *Tabella dei giorni liturgici*, n. 5), che cadono di domenica. La compieta che segue è della domenica dopo I primi Vespri.

b) All'Ufficio delle Letture: tutto come nel Proprio o nel Comune; si dice sempre il *Te Deum*.

c) Alle Lodi mattutine: tutto come nel Proprio o nel Comune, con i salmi della domenica della I settimana.

d) A Terza, Sesta e Nona (cioè all'Ora media):

1) Inno come nell'Ordinario;

2) lettura a breve, versetto e orazione come nel Proprio o nel Comune;

3) a una di queste Ore le antifone (se non l'hanno proprie) e i salmi si prendono dal giorno corrente della settimana; coloro che dicono le altre

Ore, usino la salmodia complementare.

e) Ai vespri: tutto come nel Proprio o nel Comune.

f) Compieta: del giorno della settimana corrente.

8. NELLE MEMORIE (IH 220, 234-236)

a) Alle Lodi mattutine, Vespi e Ufficio delle letture:

1) Salmi e antifone: dalla feria corrente;

N.B. Se la memoria ha antifone proprie per le Lodi, si usano con tali antifone i salmi della domenica della I settimana; se ha antifone proprie per i Vespi, si usano con tali antifone, i salmi del Comune.

2) antifona dell'Invitorio, inno, lettura breve, versetto, antifone al *Benedictus* al *Magnificat*, preci:

– se sono proprie si devono dire della memoria;

– altrimenti si possono prendere a scelta dal Comune o dalla feria;

3) l'orazione è sempre della memoria.

Nelle ferie di Avvento prima del 17 dicembre, nelle ferie del tempo natalizio a cominciare dal 2 gennaio e in quelle del tempo pasquale, *nelle memorie si tiene quello che è nel proprio, il resto, potendo scegliere tra il comune o la feria corrente, si preferisce la feria corrente.*

b) All'Ufficio delle letture:

1) La lettura biblica col suo responsorio è del tempo corrente;

2) La seconda lettura è agiografica con il suo responsorio proprio o del Comune; se però la lettura non fosse propria, si prende dai testi dei Padri del giorno corrente;

3) Non si dice mai il *Te Deum*.

c) A Terza, Sesta e Nona (cioè all'Ora media) e a Compieta è tutto della feria.

9. NELLE FERIE

a) Si dice tutto come è nell'Ordinario, nel Salterio e nel Proprio, a seconda del Tempo.

b) Nell'Ufficio delle letture non si dice mai il *Te Deum*.

c) L'Orazione nell'Ufficio delle letture si prende dal Proprio; nelle altre ore: dal Salterio del tempo ordinario, dal Proprio negli altri tempi.

Memorie senza celebrazione completa

(IH 237-239; IM 355a)

10. Le memorie che cadono nei giorni 17 al 31 dicembre e delle ferie di Quaresima (eccetto il mercoledì delle Ceneri e la Settimana santa) si possono celebrare così:

a) Nell'Ufficio delle letture, dopo la lettura dei Padri dal Proprio del Tempo con suo responsorio, si può aggiungere la lettura agiografica della memoria corrente con suo responsorio e l'orazione del Santo.

b) Alle Lodi mattutine e ai Vespri, dopo l'orazione, omessa la conclusione, si può aggiungere l'antifona e l'orazione del Santo.

c) Nella Messa del giorno si può dire la colletta del Santo segnato nel calendario generale.

DE DIEBUS PÆNITENTIÆ

(Codex Iuris Canonici)

Can. 1250 - Dies et tempora pænientia in universa Ecclesia sunt singulæ feriæ sextæ totius anni et tempus Quadragesimæ.

Can. 1251 - Abstinencia a carnis comestione vel ab alio cibo iuxta conferentiæ Episcoporum præscripta, servetur singulis anni sextis feriis, nisi cum aliquo die inter sollemnitates recensito occurrant; abstinencia vero et ieiunium, feria quarta Cinerum et feria sexta in Passione et Morte Domini Nostri Iesu Christi.

Can. 1252 - Lege abstinentiæ tenentur qui decimum quartum ætatis annum expleverint; lege vero ieiunii adstringuntur omnes ætate maiores usque ad annum inceptum sexagesimum. Curent tamen animarum pastores et parentes ut etiam ii qui, ratione minoris ætatis ad legem ieiunii et abstinentiæ non tenentur, ad genuinum pænitentia sensum informentur.

Can. 1253 - Episcoporum conferentia potest pressius determinare observantiam ieiunii et abstinentiæ, necnon alias formas pænitentia, præsertim opera caritatis et exercitationes pietatis, ex toto vel ex parte pro abstinentia et ieiunio substituere.

EXPLICATIO ABBREVIATIONUM

- MPPL** = PATRIARCATO LATINO DI GERUSALEMME,
Messe proprie della Diocesi gerosolimitana, Gerusalemme 1987.
- MVCTS** = *Messe Votive per i santuari della Custodia di Terra Santa*,
Tipografia Poliglotta Vaticana 1986.
- PCTSO** = *Proprio della Custodia di Terra Santa. Liturgia delle Ore
con in appendice i testi per la Liturgia delle Ore nei Santuari
della Custodia di Terra Santa*, Edizioni Terra Santa - Mila-
no 2015.

✠	Missa de præcepto ser- vanda	Ev.	evangelium
A.	Abbas	hebd.	hebdomada
AC	Normæ de Anno liturgico et Calendario	H.m.	Hora Media
ad lib.	Memoria ad libitum	IH	Institutio generalis de Liturgia Horarum
Adv.	Adventus	IM	Institutio generalis Mis- sæ Romani
alb.	albus	Ld.	Laudes matutinæ
ant.	antiphona, æ	lect.	lectio, lectiones
Ap. App.	Apostolus, i	LH	Liturgia Horarum
B. Bb.	Beatus, i	<i>Magn</i>	canticum <i>Magnificat</i>
<i>Ben.</i>	canticum <i>Benedictus</i>	M. Mm.	Martyr, Martyres
B.V.M.	Beata Virgo Maria	MF	Missale Franciscanum
CIC	Codex Iuris Canonici	MR	Missale Romanum
Co.	Commune Sanctorum	MVS CTS:	Missæ Votivæ in Sanctuariis Custodiæ Terræ Sanctæ
<i>Comm.</i>	<i>Communicantes</i>	Mon.	Monachus
CP	Instructio de calendariis propriis	oct.	octava
Cp.	Completorium	Off.	Officium
D.	Doctor	om.	omittitur, omittuntur
dic.	dicitur, dicuntur	or.	oratio
diœc.	diœcesis	Ord.	Ordinarium divini Officii
dom.	dominica, æ	ORD.	Ordo
E.	Episcopus, i	patr.	patronus, i
Eccl.	Ecclesia	P.	Presbyter
Epiph.	Epiphania	Pass.	Passio
Er.	Eremita	PE	Prex eucharistica

pf.	præfatio	rub.	ruber
Pp.	Papa	S. Ss.	Sanctus, i
Pr.	Proprium de Tempore vel Sanctorum	Scr.	Scriptura
pr.	proprius	Seq.	Sequentia
proph.	propheta	seq.	sequens, sequentis
ps. pss.	psalmus, psalmi	soll.	sollemnitas
Psalt.	Psalterium	Ss.mus	Sanctissimus
Quadr.	Quadragesima	temp.	tempus
Rel.	Religiosus, a	Tit. Eccl.	Titularis Ecclesiæ
rel.	reliqua	V.	Virgo
rom.	romanus	viol.	violaceus
R. RR.	responsorium, responsoria	vir.	viridis
		Vp.	Vesperæ

INDEX SIGLORUM TEXTUM S. SCRIPTURÆ

Abd	Liber Abdiæ	Iudt	Liber Iudith
Act	Actus Apostolorum	Lam	Lamentationes
Ag	Liber Aggæi	Lc	Evang. sec. Lucam
Am	Liber Amos	Lev	Liber Leviticus
Ap	Apocalypsis	1 et 2 Mac	I-II Maccabæorum
Bar	Liber Baruch	Mal	Liber Malachiæ
Cant	Canticum canticorum	Mc	Evang. sec. Marcum
1 et 2 Chr	I et II Chronicorum	Mic	Liber Michææ
Col	Ep. ad Colossenses	Mt	Ev. sec. Matthæum
1 et 2 Cor	Ep. ad Corinthios	Nah	Liber Nahum
Dan	Liber Danielis	Neh	Liber Nehemiæ (II Esdræ)
Deut	Liber Deuteronomii	Num	Liber Numeri
Eph	Epistola ad Ephesios	Os	Liber Osee
Esdræ	Liber Esdræ	1 et 2 Petr	Epistolæ I et II Petri
Est	Liber Esther	Phil	Ep. ad Philippenses
Ex	Liber Exodus	Phm	Ep. ad Philemon
Ez	Liber Ezechielis	Prov	Liber Proverbiorum
Gal	Epistola ad Galatas	Ps	Liber Psalmorum
Gen	Liber Genesis	Qoh	Liber Qohelet
Hab	Liber Habacuc	1 et 2 Reg.	Libri I et II Regum
Hebr	Epistola ad Hebræos	Rom	Epistola ad Romanos
Iac	Epistola Iacobi	Rut	Liber Ruth
Ier	Liber Ieremiæ	1 et 2 Sam	Libri I et II Samuelis
Io	Evang. sec. Ioannem	Sap	Liber Sapientiæ
1, 2 et 3 Io	Ep. I, II, III Ioannis	Sir	Liber Siracidæ
Iob	Liber Iob	Soph	Liber Sophoniæ
Ioel	Liber Ioelis	1 et 2 Th	Ep. I et II ad Thessalonicenses
Ion	Liber Ionas	1 et 2 Tim	Ep. I et II ad Timotheum
Ios	Liber Iosue	Tit	Epistola ad Titum
Is	Liber Isaïæ	Tob	Liber Tobïæ
Iud	Epistola Iudæ	Zac	Liber Zachariæ
Iudic	Liber Iudicum		



NOVEMBER 2005

TEMPUS ADVENTUS

Tempus Adventus duplicem habet indolem: est enim tempus praeparationis ad sollemnia Nativitatis in quibus primus Dei Filii adventus ad homines recolitur ac simul tempus quo per hanc recordationem mentes diriguntur ad expectationem secundi Christi adventus in fine temporum. His duabus rationibus, tempus Adventus se praebet ut tempus devotae ac iucundae expectationis (AC 39).

Animadvertenda pro tempore Adventus usque ad diem 16 decembris

1. In feriis, in quibus occurrat memoria ad libitum, eligi potest aut Officium et Missa de feria aut Officium et Missa de Sancto eo die in calendario vel in Martyrologio inscripto (IH 244; IM 355b).

2. Missae pro variis necessitatibus et votivae permittuntur solummodo si vera necessitas aut utilitas pastoralis id postulet (IM 376).

Missae cotidianae defunctorum prohibentur (IM 381).

3. In Officio feriali, ant. ad Invitatorium, hymni ad Officium lectionis, ad Laudes et ad Vesperas et antiphona ad Horam mediam e Tempore sumuntur.

4. Organum aliaque musica instrumenta adhibeantur, et altare floribus ornetur ea moderatione, quae indoli huius temporis conveniat, quin tamen plenam laetitiam Nativitatis Domini praeveniat (*Caer. Ep.*, n. 236).

Eadem moderatio servetur in celebratione Matrimonii (*Ordo matr.*, n. 32).

NOVEMBER 2025

	BETHLEHEM	
29.	Sabbato hebd. XXXIV per annum.	
	<i>Ingressus sollemnis P. Custodis</i>	<i>Hora 11.30</i>
	<i>I Vesperæ</i>	<i>Hora 13.45</i>
	<i>Processio ad Cryptam Nativitatis</i>	<i>Hora 14.15</i>
	<i>Officium lectionis</i>	<i>Hora 15.30</i>
	<i>Processio ad Cryptam Nativitatis</i>	<i>Hora 16.00</i>
1.	Dominica I Adventus.	
	<i>Missa sollemnis</i>	<i>Hora 10.00</i>

29. Sabbato.

Incipitur vol. I Liturgiae Horarum

Viol. I VESPERAE dom. I Adv. — Cp. dom.

Hebdomada I Psalterii



E Lectionario Festivo, hoc anno legitur

CYCLUS A

Hebdomada I Psalterii

30. *Viol.* DOMINICA I ADVENTUS

LH dominicæ.

Num 21, 4-9 Ps 101, 2-3.16-21 Io 8, 21-30.

.....

.....

I VESPERÆ sollemnitatis — Cp. dom.

NAZARETH: IN BASIL. ANNUNT. DOM.

25. Alb. FERIA IV. IN ANNUNTIATIONE DOMINI, TIT. ECCL., *sollemnitatis*: omnia ut infra.

Missa sollemnis

Hora 10.00

25. Alb. FERIA IV. IN ANNUNTIATIONE DOMINI, *sollemnitatis* — LH sollemnitatis. Ad H.m. ant. pr. et psalmodia complementariorum.

MISSA soll., *Gloria, Credo*, PE cum pf. soll.

Is 7, 10-14; 8, 10 Ps 39, 7-11 Hebr 10, 4-10 Lc 1, 26-38.

Ad verba symboli *Et incarnatus...* omnes genua flectunt (IM 137).

Prohibentur aliæ celebrationes, excepta Missa exsequiali.

II VESPERÆ sollemnitatis.



HIEROSOLYMIS: LITHOSTROTOS

26. *Rub.* Feria V hebd. V Quadr.

Missa sollemnis

Hora 17.00

IN COMMEMORATIONE VIÆ CRUCIS, Tit. Eccl., *sollemnitatis* — LH soll.

MISSA pr. (Miss. Vot. Sanct. CTS: *De Mysteriis Viæ Crucis D.N.G.C.*), *Gloria*, *Credo*, pr. de Pass. I.

Is 53, 1-10 Ps 68, 8-10.15-19 1Pet 2, 20b-25 Io 19, 16-30.

Prohibentur Missæ defunctorum, excepta exsequiali.

II VESPERÆ seq. soll. — Cp. post II Vp. dom.

26. *Viol.* **Feria V** hebd. V Quadr. — LH feriæ (*I Psalt.*).
MISSA feriæ, pf. I Pass.

Gen 17, 3-9 Ps 104, 4-9 Io 8, 51-59.

.....
.....

IN MONTE CALVARIO: AD ALTARE B.M.V.

27. *Alb.* **Feria VI** hebd. V Quadr. SEPTEM DOLORUM B.M.V.,
festum.

Missa sollemnis

Hora 09.00

Missa pr. (MR vel Miss. Vot. Sanct. CTS: *B.M.V. Perdolentis*), *Gloria*, Seq. ad libitum, pr. I de B.M. Virgine (*Et te in transfixione*).

Bar 4, 5-12.27-29.30-37 Ps 68, 30-31.33-37 Hebr 5, 7-9 Io 19, 25-27.

Processio quotidiana

Hora 17.00

27. *Viol.* **Feria VI** hebd. V Quadr. — LH feriæ (*I Psalt.*).
MISSA feriæ, pf. I Pass.

Ier 20, 10-13 Ps 17, 2-7 Io 10, 31-42.

.....
.....

BETHPHAGE

28. *Rub.* **Sabbato** hebd. V Quadr. Missa “De commemoratione
Ingressus Domini in Ierusalem” (Mis. Vot. Sanct. CTS),
Gloria, *Credo*, PE cum pf. pr.

Zach 9, 9-10—Ps 23, 1-6—Phil 2, 5-11—Lc 19, 28-40.

Missa sollemnis

Hora 08.00

HIEROSOLYMIS: IN SS.MO SEPULCRO

<i>Missa sollemnis</i>	<i>Hora 08.00</i>
<i>Ingressus sollemnis et Processio sollemnis</i>	<i>Hora 15.00</i>
<i>Vigiliæ Dominicalis Celebratio</i>	<i>Hora 00.40</i>

28. *Viol.* **Sabbato** hebd. V Quadr. — LH feriæ (*I Psalt.*).

MISSA feriæ, pf. I Pass.

Ez 37, 21-28 Ps: Ier 31, 10-13 Io 11, 45-56.



HEBDOMADA SANCTA

1. In hebdomada sancta Ecclesia salutis mysteria celebrat a Christo ultimis vitæ suæ diebus impleta, incipiens ab ipsius ingressu messianico in Ierusalem, usque ad eius beatam passionem et gloriosam resurrectionem.

Tempus quadragesimale usque ad feriam quintam protrahitur .

A Missa vespertina « in Cena Domini » incipit triduum paschale, quod pergit feria VI « in Passione Domini » et sabbato sancto, centrum suum habet in vigilia paschali et clauditur vespere dominicæ Resurrectionis.

Præstat ferias huius hebdomadæ celebrationi pænitentiae dicari, a celebratione vero sacramentorum baptismi et confirmationis abstineri, utpote quæ locum suum nativum in vigilia paschali inveniant.

2. Ritus hebdomadæ sanctæ, idest benedictio et processio palmarum, repositio Ss.mi Sacramenti post Missam in Cena Domini, Actio liturgica feriæ VI in Passione Domini et Vigilia paschalis, per se celebrari possunt in omnibus ecclesiis et oratoriis.

Expendit tamen ut in ecclesiis quæ non sunt paroeciales et in oratoriis celebrentur tantummodo si digne peragi possunt, idest cum congruo numero ministrorum, cum facultate exsequendi saltem aliquas partes cum cantu, et cum sufficienti frequentia fidelium. Secus, expedit ut huiusmodi celebrationes in ecclesiis tantum paroecialibus aliisque ecclesiis maioribus persolvantur. Curent animarum pastores sensum et structuram rituum horum dierum fideles sedulo edocere, eosque ad actuosam et fructuosam eorundem participationem manuducere.

Rub. I VESPERÆ dom. in Palmis. — Cp. dom.

Hebdomada II Psalterii

HIEROSOLYMIS: IN SS.MO SEPULCRO

29. *Rub.* DOMINICA IN PALMIS de Passione Domini.
Processio Palmarum et Missa stationalis Hora 08.00
Processio quotidiana Hora solaris 17.00
-

BETHPHAGE

29. *Rub.* DOMINICA IN PALMIS. “In Commemoratione Ingressus Domini in Ierusalem”, Tit. Eccl., *sollemnitatis: omnia ut infra.*
Processio Palmarum Hora 14.30
-

29. *Rub.* **DOMINICA IN PALMIS DE PASSIONE DOMINI**

LH dominicæ (II Psalt.).

Ad processionem palmarum:

Lc 19, 28-40.

✠ MISSA dom., *Credo*, PE cum pf. pr. huius dom.

Is 50,4-7 Ps 21,8-9.17-20.23-24 Phil 2,6-11 Mt 26, 14-27,66.

Prohibentur aliæ celebrationes necnon Missa exsequialis.

1. Dominica palmarum in passione Domini, qua Ecclesia mysterium Domini sui mortui, sepulti et resurgentis ingreditur, regalem Christi triumphum et eius passionis nuntium coniungit: uterque mysterii paschalis aspectus in catechesi huius diei exponatur.

2. Ingressus Domini in Ierusalem sollemni processione palmarum recolitur. Hæc autem una semper sit, et ante Missam celebretur aut vespertinam sabbati aut ipsius diei dominicæ aut vespertinam sabbati.

Collecta populi fiat in ecclesia minore aut alio loco apto extra ecclesiam, ad quam processio tendet. Fideles processionem participant cantando et ramos palmarum aut aliorum arborum manibus gestando. Idem faciant sacerdos eiusque ministri.

Rami autem eo benedicuntur, ut in processione deferantur, secundo vero ut, cum domi religiose servantur, in mentem revocent Christi victoriam processione huius diei celebratam.

3. Ad commemorandum Domini ingressum in Ierusalem, præter processionem, Missale introitum sollemnem proponit, ibi adhibendum ubi processio extra ecclesiam fieri nequit, ante Missam principalem agendum, cum facultate illum iterandi ante aliam Missam quæ cum magno populi concursu celebrari solet; et introitum simplicem, in ceteris Missis adhibendum .

4. Hac die paramenta adhibentur rubri coloris. In processione sacerdos pluviale vel casulam induere potest.

5. Post processionem vel introitum sollemnem, omittuntur signum crucis et actus pænitentialis vel aspersio aquæ benedictæ initio Missæ, et dicitur statim collecta. Missa deinde prosequitur more solito.

6. Ad bonum spirituale fidelium expedit historiam passionis integre legi, ceteris lectionibus quæ passionem præcedunt minime omissis. Post passionem autem homilia, etsi brevis, habeatur.

7. Historia Passionis Domini legitur absque luminaribus et absque incenso, sine salutatione et signatione libri. Legitur autem a diacono vel, ipso deficiente, a sacerdote. Legi potest etiam a laicis lectoribus, parte Christi si fieri potest, sacerdoti reservata. Diaconi, non autem alii, ante lectionem Passionis, dicunt *Munda cor meum*, petunt benedictionem sacerdotis, uti alias ante Evangelium. In fine dicitur: *Verbum Domini*, sed osculum libri omittitur.

8. Ubi Missa celebrari nequit sacra habeatur verbi Dei celebratio de ingressu messianico et de passione Domini, vel sabbato horis vespertinis vel die dominica, hora opportuniore.

.....
.....

HIEROSOLYMIS
AD SACELLUM V STATIONIS

30. *Viol.* *Missæ* *Ab hora 06.00 usque ad horam 08.00*

IN SS.MO SEPULCRO

Missæ arabice (ad Calvarie locum) *Hora 07.00*

Missæ sollemnis *Hora 08.00*

Processio quotidiana *Hora 17.00*

BETHANIA

Missæ sollemnis *Hora 18.00*

30. *Viol.* **FERIA II HEBDOMADÆ SANCTÆ**
 LH feriæ (*II Psalt.*).

MISSA feriæ, pf. II Pass.

Is 42, 1-7 Ps 26, 1-3.13-14 Io 12, 1-11.

Prohibentur aliæ celebrationes, excepta Missa exsequiali.

.....

.....

HIEROSOLYMIS
IN SS.MO SEPULCRO

31. *Viol.* *Missæ cum cantu Passionis D.N.J.C.* *Hora 08.00*

Processio quotidiana *Hora 17.00*

31. *Viol.* **FERIA III HEBDOMADÆ SANCTÆ**
 LH feriæ (*II Psalt.*).

MISSA feriæ, pf. II Pass.



Is 49, 1-6 Ps 70, 1-6.15.17 Io 13, 21-33.36-38.
Prohibentur aliæ celebrationes, excepta Missa exsequiali.

.....

.....

APRILIS 2026



HIEROSOLYMIS

IN BASILICA GETHSEMANI

1. *Viol.*

Feria IV Hebdomadæ Sanctæ.

*Missa cum cantu Passionis D.N.J.C.**Hora 08.00*

IN SS.MO SEPULCRO

*Missa cum cantu Passionis et Processio
quotidiana**Hora 08.00**Expositio S. Columnæ Flagellationis
in Sacello Apparitionis**Hora 10.00**Rub.**Officium**Hora 16.00*

1. *Viol.* **FERIA IV HEBDOMADÆ SANCTÆ**LH feriæ (*II Psalt.*).

MISSA feriæ, pf. II Pass.

Is 50, 4-9a Ps 68, 8-10. 21-22. 31. 33-34 Mt 26, 14-25.

Prohibentur aliæ celebrationes, excepta Missa exsequiali.

.....

.....

HIEROSOLYMIS2. *Alb.* Feria V Hebdomadæ Sanctæ.**IN SS.MMO SEPULCRO***Missa in Cena Domini et**Processio Ss. mi Sacramenti**Hora 08.00**Officium**Hora 14.45*

AD SS.MUM DOM.NI CENACULUM in Monte Sion et ad
Ecclesiam S. Iacobi Ap. et S. Marci

*Peregrinatio**Hora 15.30*

Io 13, 1-15; Mt 26, 26-29.

IN BASILICA GETHSEMANI*Rub. Hora Sancta**Hora 21.00*

Mt 26, 30-56 Mc 14, 26-52 Lc 22, 31-37. 39-54.

2. *Viol.* **FERIA V HEBDOMADÆ SANCTÆ**LH feriæ (*II Psalt.*). Ad Off. lect. sumi potestPs. 68 *Salvum me fac, Deus cum suis ant.* (e feriæ VI hebd. III).

1. Hodie permittuntur tantum Missa chrismatis et Missa in Cena Domini. Prohibentur omnes Missæ sine populo necnon Missæ exsequiales.
2. Sacra communio fidelibus distribui potest tantummodo infra Missam chrismatis et Missam in Cena Domini. Qui tamen mane communi-caverunt, iterum Eucharistiam in Missa in Cena Domini sumere possunt. Infirmis vero communio deferri potest quacumque diei hora.

HORIS MATUTINIS:

Alb. MISSA CHRISMATIS *Gloria*, PE cum pf. pr.

Is 61, 1-3a.6a.8b-9 Ps 88, 21-22.25.27 Ap 1, 5-8 Lc 4, 16-21.

1. Missa chrismatis, quam episcopus cum suo presbyterio concelebrat, et in qua olea sacra benedicuntur, est velut manifestatio communionis presbyterorum cum proprio episcopo.

Ad hanc enim Missam congregantur et in ea concelebrant presbyteri, e diversis dioecesis regionibus convenientes, quippe in conficiendo chrismate testes et cooperatores sui Episcopi, cuius sacri muneris in populo Dei exstruendo, sanctificando et regendo sunt participes; sicque nitide manifestatur unitas sacerdotii et sacrificii Christi in Ecclesia perseverantis.

Fideles quoque frequentiores participant, et in hac Missa Eucharistiam sumant.

2. Nova olea benedicta honorifice deferantur ad ecclesias paroeciales; vetera comburantur vel in lampadem SS. Sacramenti iniciantur.

Receptio sacrorum oleorum opportune peragatur ante Missam in Cena Domini aut alio tempore magis opportuno: doceantur tamen fideles de eorum usu eorumque efficacia in vita christiana.

N. B. Si hoc die clerus et populus difficiliter congregari possunt cum Episcopo, benedictio oleorum anticipari potest alio die, sed prope Pascha, Missa propria semper adhibita (*Ordo bened. Oleorum*, n. 10).

S. Francisci de Paola Er. memoria omittitur.

.....

TRIDUUM PASCHALE

Cum humanæ redemptionis et perfectæ Dei glorificationis opus adimplerit Christus præcipue per suum paschale mysterium, quo mortem nostram moriendo destruxit et vitam resurgendo reparavit, sacrum paschale triduum Passionis et Resurrectionis Domini uti totius anni liturgici culmen effulget (AC 18).

1. Tridui paschalis, idest Sponsi sui mortui, sepulti et suscitati, celebratione Ecclesia intendit mysterium Paschatis, seu transitum Domini ex hoc mundo ad Patrem, præsens reddere et implere.

Iuxta Ecclesiæ primævæ traditionem, sacrum esto ieiunium paschale, feria VI in passione Domini ubique celebrandum et, iuxta opportunitatem, etiam sabbato sancto producendum, ita ut, elato et aperto animo, ad gaudia dominicæ Resurrectionis perveniatur (SC 110).

2. Celebrationes tridui sacri ibi tantum peragantur, ubi digne et decore persolvi possint (cf. supra, p. 79, n. 2).

Præstat proinde ut parvæ communitates religiosæ ad celebrationes conveniant in ecclesiis maioribus, fidelium participationem fovendo. Item fideles e pluribus paroeciis minoribus unius presbyteri curis commissi, quantum fieri potest, ad ecclesiam principalem regionis conveniant sacris actionibus participaturi.

Sicubi vero uni parrocho duarum vel plurium paroeciarum cura sit commissa, in quibus fideles frequentiores participant et in quibus sacræ celebrationes digne et sollemniter persolvi possunt, eidem parrocho facultas fit celebrationes tridui sacri iterandi, servatis de cetero normis statutis.

3. Valde commendatur communis celebratio Officii lectionum et Laudum feria VI in passione Domini et sabbato sancto: hac ratione communitas christiana passionem efficacius et plenius meditatur, nuntium resurrectionis expectans.

2. *Alb.* FERIA V IN CENA DOMINI



HORIS VESPERTINIS:

MISSA IN CENA DOMINI pr., *Gloria*, PE cum
pf. Euch. et partibus pr. huius diei.

Ex 12, 1-8.11-14 Ps 115, 12-13.15-18 1Cor 11,
23-26 Io 13, 1-15.

1. Hac Missa, quæ horis vespertinis feriæ V hebdomadæ sanctæ celebratur, Ecclesia incipit sacrum Triduum paschale, et studet cenam illam novissimam

recolere, qua Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, suos qui erant in mundo usque ad finem diligens, Corpus et Sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo obtulit ac sub earundem rerum symbolis Apostolis, ut sumerent, tradidit, et eisdem eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerent, præcepit.

Animorum attentio, per homiliam præsertim, ad mysteria convertatur quæ in hac Missa commemorantur, quæ sunt Eucharistiæ et Ordinis sacerdotalis institutio necnon mandatum Domini de caritate fraterna.

2. Missa in cena Domini celebranda est vespere, hora magis opportuna, cum plena participatione totius communitatis localis.

Presbyteri qui in Missa chrismatis iam concelebraverint, vel aliam Missam in bonum fidelium celebrare teneantur, etiam in hac Missa concelebrare possunt.

Iuxta antiquissimam Ecclesiæ traditionem, Missæ sine populo prohibentur.

3. Ubi ratio pastoralis id postulet, loci Ordinarius alteram Missam in ecclesiis et oratoriis permittere poterit, horis vespertinis celebrandam, et, in casu veræ necessitatis, etiam horis matutinis, sed tantummodo pro fidelibus qui nullo modo Missam vespertinam participare valent. Caveatur proinde ne huiusmodi celebratio in bonum privatorum fiat et ne præiudicio sit Missæ vespertinæ principali.

4. Tabernaculum vacuum sit; pro communione cleri et populi hodie et crastina die hostiæ consecrentur in hac Missa.

5. Ad Eucharistiam pro communione diei sequentis asservendam sacellum convenienter ornetur, in quo oratio et meditatio foveantur; valde tamen commendatur severitas quæ liturgiæ horum dierum convenit.

Si Sacramentum de more in sacello asservatur ab ecclesiæ navi centrali separato, locum repositionis et adorationis in ipso sacello convenienter paretur. Sacramentum tamen in tabernaculo clauso custodiatur, expositione in ostensorio omnino exclusa. Tabernaculum insuper speciem sepulchri minime præ se ferat; immo vox ipsa « sepulchrum » vitetur: sacellum enim repositionis non vult sepulturam Domini repræsentare, sed tantummodo ad Sacramentum pro communione diei sequentis asservandum destinatur.

6. Dum cantatur *Gloria* pulsantur campanæ, quæ, hymno expleto, silent usque ad Vigiliam paschalem, nisi Conferentia Episcoporum vel Episcopus dioecesis, pro opportunitate, aliud statuerit .

7. Lotio pedum, quæ secundum traditionem huius diei fit quibusdam viris selectis, servitium et caritatem Christi manifestat, qui venit non ministrari, sed ministrare. Præstat hanc traditionem servari et genuino ipsius sensu explanari.

8. In processione donorum convenienter ad altare afferuntur dona pro pauperibus, ea præsertim quæ tempore Quadragesimæ, tamquam pænitentia fructum, collecta sunt. Interim canitur hymnus *Ubi caritas*.

9. Expleta oratione post communionem, processio instruitur per ecclesiam cum incenso et luminaribus, qua Eucharistia ad sacellum repositionis deportatur.

10. Expleta celebratione huius diei, altare privatim denudatur et auferuntur, si fieri potest, cruces ab ecclesia. Expedit ut cruces, quæ forte in ecclesia remanent, velentur, nisi iam velatæ sint ex præscripto Conferentiæ Episcoporum.

11. Moneantur fideles, ut per congruum noctis tempus, secundum locorum et rerum adiuncta, adorationem peragant coram Ss.mo Sacramento asservato, ita tamen ut post mediam noctem hæc adoratio absque sollemnitate fiat.

12. Processio et repositio Sacramenti ne fiant in ecclesiis, in quibus actio liturgica in Passione Domini sequenti feria VI non celebrabitur.

Viol. VESPERÆ ab iis, qui Missæ vespertinæ intersunt, non dicuntur.

Cp. post II Vp. dom.

.....
.....
Feria VI in Passione Domini dies est pænitentia in universa Ecclesia, ieiunio et carnis comestione abstinencia peragendæ (cf. p. 22).



HIEROSOLYMIS

3. *Rub.* Feria VI Hebdomadæ Sanctæ.

IN SS.MO SEPULCRO

Celebratio Passionis Domini

Hora 08.00

Officium

Hora 16.00

Processio funerea

Hora 20.10

VIA CRUCIS

Hora 11.30

3. *Rub.* **FERIA VI IN PASSIONE DOMINI**

LH feriæ cum peculiaritatibus in Proprio indicatis.

Valde convenit ut Off. lect. et Laudes sollemniter cum populo celebrentur (IH 210).

CELEBRATIO PASSIONIS DOMINI, ut in Missali.

Is 52, 13–53, 12 Ps 30, 2.6.12-13.15-17.25 Hebr 4, 14-16; 5, 7-9 Io 18, 1 – 19, 42.

1. Hac die, qua Pascha nostrum immolatus est Christus, crucem Domini et Sponsi sui intuens et adorans, Ecclesia suum ortum commemorat e latere Christi in cruce dormientis, et pro totius mundi salute intercedit.

2. Iuxta antiquissimam traditionem, Ecclesia hac die Eucharistiam non celebrat.

Sacra communio fidelibus distribuitur unice inter celebrationem Passionis Domini; infirmis autem, qui hanc celebrationem participare nequeunt, quacumque diei hora deferri potest.

3. Sacramentorum celebratio, præter quam Pænitiæ et Unctionis infirmorum, hac die ne habeatur. Exsequiæ autem sine cantu et absque organi et campanarum sonu peragantur.

4. Celebratio Passionis Domini agenda est horis postmeridianis, et quidem circa horam tertiam; si vero ratio pastoralis id suadet, aptior hora seligi potest ab hora duodecima, sed non ultra horam nonam postmeridianam.

5. Tota actio liturgica iuxta ea, quæ in libris liturgicis describuntur, peragatur. Nemo autem mutationes proprio marte in illam inducat.

6. Altare nudum sit: sine tobaleis, sine cruce, sine candelabris.

7. Pro lectione passionis Domini, cf. ea quæ in dominica palmarum dicta sunt (cf. p. 81, n. 7).

8. Crux quæ populo ostenditur et adoranda præbetur sat magna sit et eleganti manu sculpta. Formula autem ad crucem ostendendam et responsio populi

cantu proferatur. Unica tantum crux, ratione veritatis signi, adorationi præbeatur; provideatur tamen ut singuli fideles crucem adorare possint: quod magni momenti est in celebratione huius diei. Ritus proinde in quo crux ab omnibus una simul silentio adoratur adhibeatur tantummodo si fideles vere numerosiores celebrationem participant.

9. Post celebrationem Passionis Domini Ss.ma Eucharistia reportatur, forma simplici, ad locum asservationis, et ibidem custoditur, lampade de more accensa. Et privatim denudatur altare, relictis tamen cruce et candelabris.

Præstat locum aptum parari (v. gr. sacellum in quo respositio et adoratio Sacramenti die præcedenti facta est) et orationi et meditationi congruum, in quo crux deponatur a fidelibus adoranda.

10. Magni fiant etiam pia populi pietatis exercitia, quæ momentum pastorale præ se ferunt, v. gr. « Via crucis », processiones de passione Domini, memoria dolorum B.M.V. Eorum textus et cantus cum liturgia congruant, immo ad ipsam participandam fideles inducant.

Dies pro Locis Sanctis

«In omnibus templis et oratoriis, clero sive diocesano sive religioso concreditis, semel in anno – feria VI Hebdomadæ Sanctæ vel alia ab Ordinario loci desingata die – præter peculiare preces pro fratribus nostris Terræ Sanctæ fidelibus effundendas, stipis etiam collatio fiat, iisdem destinandæ. Congruum ante tempus, certiores fideles fiant eiusmodi stipem non solum ad Loca Sancta tuenda impensum iri, sed etiam ad ea præcipue fovenda pastoralis, subsidiarii, institutorii et socialis opera, quæ Catholica Ecclesia in Terra Sanctæ regionibus alit pro christianis fratribus ceterisque incolis locis» (Adhortatio Apostolica «*Nobis in animo*», diei 25 martii 1974).

VESPERÆ ab iis, qui celebrationi Passionis Domini interfuerunt, non dicuntur. — Cp. post II Vp. dom.

.....

.....



HIEROSOLYMIS: IN SS.MO SEPULCRO

4. Alb.	Sabbato Sancto	
	<i>Vigilia paschalis</i>	<i>Hora 07.30</i>
	<i>Ingressus et Processio sollemnis</i>	<i>Hora 15.30</i>
	<i>Vesperæ</i>	<i>Hora 18.00</i>
	<i>Liturgia Horarum</i>	<i>Hora 00.30</i>

4. Viol. SABBATO SANCTO

LH Sabbati Sancti cum peculiaritatibus in Proprio indicatis.

Valde convenit ut Off. lect. et Laudes sollemniter cum populo celebrentur (IH 210).

Cp. post II Vp. Quod tamen omittitur ab iis qui Vigiliæ pasch. intersunt.

1. Sabbato sancto Ecclesia ad sepulchrum Domini immoratur, passionem eius et mortem necnon descensum ad inferos meditando, eius resurrectionem ieiunio et oratione expectando.
2. Si celebratio Officii lectionis et Laudum cum populi participatione fieri non potest, sacra habeatur verbi Dei celebratio aut aliud pium exercitium mysterio huius diei respondens, præsertim in honorem B.M.V. Filii sui passioni sociatæ.
3. Fidelium venerationi in ecclesia proponi potest imago Christi crucifixi aut in sepulchro depositi, aut imago eius descensus ad inferos, quæ mysterium Sabbati sancti illustret, aut demum imago B. Virginis perdolentis.
4. Hac die Ecclesia ab Eucharistiæ celebratione omnino abstinet. Sacra communio solummodo ad modum viatici dari potest. Nuptiarum aliorumque sacramentorum, præter quam Pænitentia et Unctionis infirmorum, celebratio ne habeatur.
5. Fideles de peculiari natura huius diei erudiantur. Celebritates vero festivæ quæ cum Paschæ celebratione sabbato sancto olim anticipatæ conectebantur, nocti et diei Paschatis reserventur.

S. Benedicti Nigri memoria omittitur.

.....
.....



TEMPUS PASCHALE

Quinquaginta dies a dominica Resurrectionis ad dominicam Pentecostes in letitia et exultatione celebrantur sicut unus dies festus, immo « magna dominica ». Hi sunt dies in quibus præcipue cantatur Alleluia (AC 22).

HIEROSOLYMIS: IN SS.MO SEPULCRO

5. Alb.

DOMINICA PASCHÆ IN RESURRECTIONE DOMINI

Igressus simplex in basilica

Hora 07.30

Missa stationalis et Processio sollemnis

Hora 08.00

Processio quotidiana

Hora 17.00

5. Alb. DOMINICA PASCHÆ IN RESURRECTIONE DOMINI, *sollemnitas cum octava.*

VIGILIA PASCHALIS IN NOCTE SANCTA

1. Ex antiquissima traditione, ista nox est observabilis Domino, et Vigilia quæ in ea celebratur, noctem sanctam commemorando qua Dominus resurrexit, habetur ut « mater omnium sanctarum vigiliarum ». In ea enim Ecclesia resurrectionem Domini vigilando expectat, eamque sacramentis initiationis christianæ celebrat. Ipsi autem Vigiliæ indolem expectationis adventus Domini eschato-logici traditio christiana semper agnovit.



2. Tota celebratio Vigiliæ paschalis peragitur noctu, ita ut vel non incipiatur ante initium noctis, vel finiatur ante diluculum diei dominicæ. Usus agendi Vigiliam paschalem horis vespertinis in quibus Missæ dominicæ sabbato anticipari solent, reprobandus est. Ita insuper tota celebratio ordinanda est ut eius natura vigiliæ protractæ servetur.

3. Celebratio solius Missæ sine ritibus Vigiliæ paschalis non permittitur.

4. Vigilia paschalis celebrari potest etiam in ecclesiis et oratoriis ubi actiones liturgicæ feriæ V et feriæ VI locum non habuerunt, et omitti ubi præfata actiones sacræ celebratæ sunt. At de præcepto est celebranda ubi fons baptismalis adest.

5. Per totam actionem liturgicam sacri ministri induuntur, sicut ad Missam, paramentis *albi* coloris.

6. Vigilia huius noctis ita ordinatur, ut post breve lucernarium (quod est prima pars huius Vigiliæ) sancta Ecclesia meditetur mirabilia, quæ fecit Dominus Deus populo suo ab initio, confisa verbo eius et promisso (pars secunda seu liturgia verbi), usque dum, appropinquante die resurrectionis, cum novis membris in baptismo renatis (pars tertia), vocatur ad mensam, quam Dominus populo suo præparavit per mortem et resurrectionem suam (quarta pars).

Tota Vigilia paschalis symbolis et ritibus perficitur, quæ amplitudine et dignitate ipsis consona peragi debent, ita ut fideles eorum sensum attingere possint, monitionibus et orationibus etiam insinuatam. Præstat præsertim fideles brevi monitione introducere ad intellegendum sensum typologicum lectionum Veteris Testamenti quæ in Vigilia proponuntur.

7. Ad ignem benedicendum quantum fieri potest, loco apto extra ecclesiam rogos paretur, cuius flamma revera tenebras valeat dissipare et noctem illuminare.

8. Cereus paschalis, ad signi veritatem servandam, ex cera sit confectus, integer, sat notabilis magnitudinis, singulis annis renovandus: figuram enim Christi exprimere debet qui, vera lux, mundum illuminat. Signis autem et verbis benedicatur in libris liturgicis relatis, vel ab Episcoporum conferentia statutis.

9. Præconium paschale annuntiari potest, ex necessitate, etiam a cantore qui non sit diaconus, qui tamen benedictionem a celebrante non accipit et omittit alteram partem invitationis (*Quapropter...*) necnon salutationem *Dominus vobiscum*.

Cani potest forma longiore vel forma brevior.

10. Legendæ sunt saltem tres lectiones Veteris Testamenti, et in casibus urgentioribus saltem duæ; numquam omittenda est lectio libri Exodi. En series lectionum huius Vigiliæ:

- 1. Gen 1, 1 – 2, 2.
Ps 103, 1-2a.5-6.10.12-14.24.35c.
Vel Ps 32, 4-7.12-13.20.22.
- 2. Gen 22, 1-18.
Ps 15, 5.8-11.
- 3. Ex 14, 15 – 15, 1.
Ps: Ex 15, 1-6.17-18.
- 4. Is 54, 5-14.
Ps 29, 2.4-6.11-12a.13b.
- 5. Is 55, 1-11.
Ps: Is 12, 2-6
- 6. Bar 3, 9-15.32 – 4,4.
Ps 18, 8-11.
- 7. Ez 36, 16-17a.18-28.
Ps 41, 3.5; 42, 3-4.
Vel, quando celebratur Baptisma, Is 12 ut supra (post lect. 5).
Vel etiam: Ps 50, 12-15.18-19.
- 8. Rom 6, 3-11.
Ps 117, 1-2. 16-17.22-23
- 9. Lc 24, 1-12.

11. Liturgia baptismalis Vigiliæ paschalis plenitudinem attingit cum adultorum, vel saltem parvulorum, baptismus celebratur. Attamen, etsi baptismus non est celebrandus, in ecclesiis paroecialibus aqua baptismalis benedicatur; ubi vero neque fons est benedicendus, memoria baptismi fiat benedictione aquæ, qua post renovatas promissiones baptismales populus aspergitur.

12. Ad Missæ evangelium thus adhiberi potest, sed luminaria non portantur.

13. Præstat plenitudinem signi eucharistici in Vigilia paschali communione attingi, quæ sub speciebus panis et vini distribuatur. Ordinarii locorum opportunitatem et circumstantias huius concessionis perpendant et de iis normas præbeant.

14. Missa Vigiliæ est Missa paschalis dominicæ Resurrectionis. Qui celebrat vel concelebrat Missam noctis, potest secundam Missam Paschatis celebrare vel concelebrare.

Alb. In MISSA VIGILLÆ PASCHALIS, PE cum pf. et partibus pr. Paschæ.

IN DIE PASCHATIS

LH propria sollemnitatis. — Off. lect. diei Paschatis omittitur ab iis qui Vigiliæ pasch. interfuerunt.

✠ MISSA IN DIE, *Gloria*, *Sequentia*, *Credo*, PE cum pf. et partibus pr. Paschæ.

Act 10, 34a.37-43 Ps 117, 1-2.16-17.22-23 Col 3, 1-4 (*vel* 1Cor 5,6b-8) Io 20, 1-9 (*vel* Mt 28, 1-10).

In Missa vespertina legi potest Lc 24, 13-35.

S. Vincentii Ferrer P.M. memoria omittitur.

Prohibentur aliæ celebrationes necnon Missa exsequialis.

1. Missa diei Paschatis magna cum sollemnitatem celebretur. In ea, loco actus pænientialis, aspersio aquæ fiat (in nocte) benedictæ, ut baptismi memoria revocetur.



2. Cereus paschalis, apud ambonem vel apud altare collocandus, ibique toto tempore paschali servandus, in celebrationibus liturgicis sollemnioribus huius temporis, idest in Missa, in Laudibus et in Vesperis, accendatur, usque ad dominicam Pentecostes.

3. Ubi viget, diligentissime servetur aut, si fieri potest, inducatur usus celebrandi, die Paschæ, Vesperas baptismales, in quibus, dum cantantur psalmi, fit processio ad fontes (IH 213).

Hodie et per totam oct. dicitur Cp. dom. cum ant. *Hæc dies*, loco Resp. br.

Loco orationis *Angelus Domini*, toto tempore paschali
dicitur ant. *Regina coeli*.

.....

.....

EMMAUS (QUBEIBEH)

6. *Alb.* Feria II infra Octavam Paschæ
Missa pontificalis Rv.mi P. Custodis Hora 10.00
Vesperæ Hora 14.00
-

HIEROSOLYMIS: IN SS.MO SEPULCRO

- Missa sollemnis* Hora 08.00
Processio quotidiana Hora 17.00
-

6. *Alb.* **FERIA II INFRA OCTAVAM PASCHÆ**
 LH diei infra octavam.

Missa pr., *Gloria*, sequentia ad libitum, sine
Credo, PE cum pf. et partibus pr. Paschæ.

Act 2, 14.22-33 Ps 15, 1-2a.5.7-11 Mt 28, 8-15.

Prohibentur aliæ celebrationes, excepta Missa exsequiali.

.....

.....

7. *Alb.* **FERIA III INFRA OCTAVAM PASCHÆ**
 LH diei infra octavam.

Missa pr., *Gloria*, sequentia ad libitum, sine
Credo, PE cum pf. et partibus pr. Paschæ.

Act 2, 36-41 Ps 32, 4-5.18-20.22 Io 20, 11-18.

S. Ioannis Bapt. de la Salle P. memoria omittitur.
Prohibentur aliæ celebrationes, excepta Missa exsequiali.

.....

.....

8. Alb. FERIA IV INFRA OCTAVAM PASCHÆ
LH diei infra octavam.

MISSA pr., *Gloria*, sequentia ad libitum, sine
Credo, PE cum pf. et partibus pr. Paschæ.

Act 3, 1-10 Ps 104, 1-4.6-9 Lc 24, 13-35.

Prohibentur aliæ celebrationes, excepta Missa exsequiali.

.....

.....

9. Alb. FERIA V INFRA OCTAVAM PASCHÆ
LH diei infra octavam.

MISSA pr., *Gloria*, sequentia ad libitum, sine
Credo, PE cum pf. et partibus pr. Paschæ.

Act 3, 11-26 Ps 8, 2a.5-9 Lc 24, 35-48.

Prohibentur aliæ celebrationes, excepta Missa exsequiali.

.....

.....

10. Alb. FERIA VI INFRA OCTAVAM PASCHÆ
LH diei infra octavam.

MISSA pr., *Gloria*, sequentia ad libitum, sine
Credo, PE cum pf. et partibus pr. Paschæ.

Act 4, 1-12 Ps 117, 1-2.4.22-27a Io 21, 1-14.

Prohibentur aliæ celebrationes, excepta Missa exsequiali.

HIEROSOLYMIS: IN SS.MO SEPULCRO

11. *Alb.*

Sabbato infra octavam Paschæ

Ingressus et Processio sollemnis (Custos TS) Hora 16.30

11. *Alb.*

SABBATO INFRA OCTAVAM PASCHÆ

LH diei infra octavam.

Missa pr., *Gloria*, sequentia ad libitum, sine Credo, PE cum pf. et partibus pr. Paschæ.

Act 4, 13-21 Ps 117, 1.14-21 Mc 16, 9-15.

S. Stanislai E.M. memoria omittitur.

Prohibentur aliæ celebrationes, excepta Missa exsequiali.

I VESPERÆ dom. II Paschæ.

12. *Alb.*

IN OCTAVA PASCHÆ. **DOMINICA II PASCHÆ**

vel **IN ALBIS** seu de Divina Misericordia.

LH huius dominicæ.

✠

Missa dom, *Gloria*, sequentia ad libitum, *Credo*, PE cum pf. et partibus pr. Paschæ.

Act 2, 42-47 Ps 117, 2-4.13-15.22-24 1Petr 1,
3-9 Io 20, 19-31.

Prohibentur aliæ celebrationes necnon Missa exsequialis.

II VESPERÆ dom. II Paschæ. — Cp. dom.

Per totum tempus paschale perculiaris ratio habeatur
de institutione mystagogica neophytorum (OICA
235-239).

.....
.....

Animadvertenda pro tempore paschali

1. In feriis, in quibus occurrat memoria ad libitum, eligi potest aut Officium et Missa de feria aut Officium et Missa de Sancto eo die in calendario vel in Martyrologio inscripto (IH 244; IM 355*b*).
2. Missa pro variis necessitatibus et votivæ permittuntur solummodo si vera necessitas aut utilitas pastoralis id postulet (IM 376).
Missæ cotidianæ defunctorum prohibentur (IM 381).
3. In Officio feriali, antiphona ad Invitatorium, hymni ad Officium lectionis, ad Laudes et ad Vesperas et antiphona ad Horam mediam e Tempore sumuntur.
3. Nell'Ufficio feriale l'antifona dell'Invitatorio, gli inni dell'Ufficio delle Letture, delle Lodi e dei Vespri e l'antifona dell'Ora media sono del Tempo.
4. In antiphonis additur *Alleluia*, nisi iam habeatur, et nisi cum sensu verborum minus congruat.

*Hebdomada II Psalterii***13. Alb. FERIA II** hebd II Paschæ. *Vel:**Rub.* S. MARTINI I Pp. M. — LH feriæ vel memoriæ.

MISSA feriæ vel memoriæ, pf. pasch.

Act 4, 23-31 Ps 2, 1-9 Io 3, 1-8.

.....

.....

14. Alb. FERIA III hebd. II Paschæ. — LH feriæ.

MISSA feriæ, pf. pasch.

Act 4, 32-37 Ps 92, 1-2.5 Io 3, 7b-15.

.....

.....

15. Alb. FERIA IV hebd. II Paschæ. — LH feriæ.

MISSA feriæ, pf. pasch.

Act 5, 17-26 Ps 33, 2-9 Io 3, 16-21.

.....

.....

16. Alb. FERIA V hebd. II Paschæ. — LH feriæ.

MISSA feriæ, pf. pasch.

Act 5, 27-33 Ps 33, 2.9.17-20 Io 3, 31-36.

.....

.....

17. *Alb.* **Feria VI** hebd. II Paschæ. — LH feriæ.

MISSA feriæ, pf. pasch.

Act 5, 34-42 Ps 26, 1, 4.13-14 Io 6, 1-15.

.....

.....

18. *Alb.* **Sabbato** hebd. II Paschæ. — LH feriæ.

MISSA feriæ, pf. pasch.

Act 6, 1-7 Ps 32, 1-5.18-19 Io 6, 16-21.

.....

.....

I VESPERÆ dom. III Paschæ.

Hebdomada III Psalterii

19. *Alb.* **DOMINICA III PASCHÆ**

LH dominicæ.

✠ MISSA pr., *Gloria, Credo*, pf. pasch.

Act 2,14.22-33 Ps 15,1-2.5.7-11 1Petr 1,17-21 Lc 24,13-35.

Prohibentur aliæ celebrationes necnon Missa exsequialis.

.....

.....

20. *Alb.* **Feria II** hebd. III Paschæ. — LH feriæ.

MISSA feriæ, pf. pasch.

Act 6, 8-15 Ps 118, 23-24.26-27.29-30 Io 6,
22-29.

.....

.....

21. Alb. FERIA III hebd. III Paschæ. *Vel:*

Alb. S. CONRADI DE PARZHAM REL. *Vel:*

Alb. S. ANSELMII E.D. — LH feriæ vel unius e memoriis.

MISSA feriæ vel unius e memoriis, pf. pasch.

Act 7, 51 – 8, 1 Ps 30, 3c-4.6.7b.8a.17.21 Io 6,
30-35.

.....

.....

22. Alb. FERIA IV hebd. III Paschæ. — LH feriæ.

MISSA feriæ., pf. pasch.

Act 8, 1b-8 Ps 65, 1-7a Io 6, 35-40.

.....

.....

23. Alb. FERIA V hebd. III Paschæ. *Vel:*

Alb. B. ÆGIDII ASSISIENSIS REL., *Vel:*

Rub. S. GEORGII M., *Vel:*

Rub. ADALBERTI E.M. — LH feriæ vel unius e memoriis.

MISSA feriæ vel unius e memoriis, pf. pasch.

Act 8, 26-40 Ps 65, 8-9.16-17.20 Io 6, 44-51.

IN DICESEI HIEROSOLYMITANA

S. GEORGII, *memoria*.

CAPHARNAUM

24. *Alb.* FERIA VI hebd. III Paschæ: PRÆDICTIO EUCHARISTIÆ MYSTERII, *festum*.

Missa sollemnis

Hora 18.00

24. *Alb.* **Feria VI** hebd. III Paschæ. S. FIDELIS DE SIGMARINGEN, P.M., *memoria*. — LH feriæ vel memoriæ.

MISSA feriæ vel memoriæ, pf. pasch.

Act 9, 1-20 Ps 116, 1.2 Io 6, 52-59.

IN DICESEI HIEROSOLYMITANA

S. SS. MARIE CLEOPHÆ ALIARUMQUE SANCTARUM CHRISTI DISCIPULARUM, *mem. ad lib.*

25. *Rub.* **Sabbato** hebd. III Paschæ. S. MARCI, EVANGELISTÆ, *festum*. — LH festi. Ad H.m. ant. de temp. et pss. sabb. *hebd. III*.

MISSA pr., *Gloria*, PE cum pf. App.

1Petr 5, 5b-14 Ps 88, 2-3.6-7.16-17 Mc 16, 15-20.

Prohibentur aliæ Missæ defunctorum, excepta exsequiali.

.....

.....

I VESPERÆ dom. IV Paschæ.



JERICO

I VESPERÆ seq.

26. *Alb.* Dominica IV PASCHÆ, IESU BONI PASTORIS, Tit. Eccl.,
sollemnitatis. PCTSO 213.

Missæ sollemnis (omnia ut infra)

Hora 09.30

Hebdomada IV Psalterii

26. *Alb.* **DOMINICA IV PASCHÆ**
LH dominicæ.

✠ Missa pr., *Gloria, Credo*, pf. pasch.

Act 2,14a-36-41 Ps 22,1-6 1Petr 2,20b-25 Io
10,1-10.

Hac dominica peculiare supplicationes fiunt pro fovendis vocationibus sacerdotibus et religiosis.

Prohibentur aliæ celebrationes necnon Missa exsequialis.

.....

27. Alb. FERIA II hebd. IV Paschæ. — LH feriæ.

MISSA feriæ, pf. pasch.

Act 11, 1-18 Ps 41, 2-3; 42, 3.4 Io 10, 1-10.

IN DIOECESI HIEROSOLYMITANA

S. SYMEONIS, SECUNDI EPISCOPI HIEROSOLYMITANI ET
 M., *memoria*. MPPL 50-54; PCTSO 156.

.....

28. Alb. FERIA III hebd. IV Paschæ. (*Apud III Ord.: alb.*
 B. LUCHESII, III Ord.). *Vel:*

Rub. S. PETRI CHANEL P.M.

Alb. S. LUDOVICI M. GRIGNION DE MONTFORT
 P. — LH feriæ vel unius e memoriis.

MISSA feriæ vel unius e memoriis, pf. pasch.

Act 11, 19-26 Ps 86, 1-7 Io 10, 22-30.

.....

IN EUROPA

29. *Alb.* Feria IV. S. CATHARINÆ SENENSIS, V.D., Europæ Patronæ, *festum*. — LH festi. Ad H.M. ant. et pss. feriæ IV *hebd. IV*.

Missæ festi, *Gloria*, PE cum pf. de Virginibus.

1Io 1, 5 - 2, 2 Ps 102, 1-4.8-9.13-14.17-18 Mt 11, 25-30.

Prohibentur Missæ defunctorum, excepta exsequiali.

29. *Alb.* **Feria IV** hebd. IV Paschæ. S. CATHARINÆ SENENSIS V.D., *memoria*. — LH memoriæ.

MISSA memoriæ, pf. pasch.

Act 12, 24 – 13, 5a Ps 66, 2-6.8 Io 12, 44-50.

.....

.....

30. *Alb.* **Feria V** hebd. IV Paschæ. *Vel:*

Alb. S. PII V Pp. — LH feriæ vel memoriæ.

MISSA feriæ, pf. pasch.

Act 13, 13-25 Ps 88, 2-3.21-22.25.27 Io 13, 16-20.

.....

.....

MAIUS 2026

1. *Alb.* **Feria VI** hebd. IV Paschæ. *Vel:*
Alb. S. IOSEPH OPIFICIS. — LH feriæ vel memoriæ.

MISSA feriæ vel memoriæ, pf. pasch.

Act 13, 26-33 Ps 2, 6-11 Io 14, 1-6.

Vel in Missis S. Ioseph *E Lectionario Sanctorum:*

Gen 1, 26 – 2, 3 (*Vel* Col 3, 14-15.17.23-24) Ps
 89, 2-4.12-14.16 Mt 13, 54-58.

.....

2. *Alb.* **Sabbato** hebd. IV Paschæ. S. ATHANASII E.D.,
memoria. — LH memoriæ.

MISSA memoriæ, pf. pasch.

Act 13, 44-52 Ps 97, 1-4 Io 14, 7-14.

.....

I VESPERÆ dom. V Paschæ.

Hebdomada I Psalterii

3. *Alb.* **DOMINICA V PASCHÆ**
 LH dominicæ.

✠ MISSA pr., *Gloria, Credo*, pf. pasch.

Act 6,1-7 Ps 32,1-2.4-5.18-19 1Petr 2,4-9 Io
14, 1-12.

Ss. Philippi et Iacobi, App., festum. omittuntur.
Prohibentur aliæ celebrationes necnon Missa exsequialis.

.....
.....

4. *Alb.* **Feria II** hebd. V Paschæ. *Vel:*
Rub. BEATORUM THOMÆ, HENRICI, ARTHURI, IOAN-
NIS ET CAROLI, MN. IN ANGLIA. — LH feriæ
vel memoriæ.

MISSA feriæ vel memoriæ, pf. pasch.

Act 14, 5-18 Ps 113B, 1-4.15-16 Io 14, 21-26.

.....
.....

5. *Alb.* **Feria III** hebd. V Paschæ. — LH feriæ.

MISSA feriæ, pf. pasch.

Act 14, 19-28 Ps 144, 10-13.21 Io 14, 27-31a.

.....
.....

6. *Alb.* **Feria IV** hebd. V Paschæ. — LH feriæ.

MISSA feriæ, pf. pasch.

Act 15, 1-6 Ps 121, 1-5 Io 15, 1-8.

.....
.....

HIEROSOLYMIS — *Festum*

IN SS.MO SEPULCRO (ad Cryptam Inventionis S. Crucis): *Sollemniter*

6. *Rub.* Feria IV hebd. V Paschæ.

Ingressus soll. Ru.mi P. Custodis, Processio
et I Vesperæ
Hora 15.30
Celebratio vigiliaris
Hora 00.30

7. *Rub.* Feria V. **INVENTIONIS S. CRUCIS**
Missa statio. Rev.mi Patris Custodis et processio sollemnis cum Reliquia S.tæ Crucis
Hora 09.30

MISSA pr., *Gloria, Credo*, pf. pr.

Num 21, 4-9 Ps 95, 10-13 Phil 2, 5-11 Io 3, 13-17.

II VESPERÆ



7. *Alb.* **Feria V** hebd. V Paschæ. — LH feriæ (*IPsalt.*).

MISSA feriæ, pf. pasch.

Act 15, 7-21 Ps 95, 1-3.10 Io 15, 9-11.

LARNACA

I VESPERÆ seq.

8. *Alb.* Feria VI. BEATÆ MARÆ VIRGINIS MEDIATRICES, Tit. Eccl., *sollemnitas*. PCTSO 191.

8. *Alb.* **Feria VI** hebd. V Paschæ. — LH feriæ (*IPsalt.*).

MISSA feriæ, pf. pasch.

Act 15, 22-31 Ps 56, 8-12 Io 15, 12-17.

9. *Alb.* **Sabbato** hebd. V Paschæ. — LH feriæ (*IPsalt.*).

MISSA feriæ, pf. pasch.

Act 16, 1-10 Ps 99, 2.3.5 Io 15, 18-21.

IN DICESEI HIEROSOLYMITANA

S. ISALÆ, prof. et M, *memoria*.

I VESPERÆ dom. VI Paschæ.

Hebdomada II Psalterii

10. Alb. DOMINICA VI PASCHÆ

LH dominicæ.

✠ MISSA pr, *Gloria, Credo*, pf. pasch.

Act 8,5-8.14-17 Ps 65,1-7a.16.20 1Petr 3,15-18 Io
14,15-2.

S. Ioannis De Avila P.D. memoriæ omittuntur.

Prohibentur aliæ celebrationes necnon Missa exsequialis.

.....
.....

11. Alb. FERIA II hebd. VI Paschæ. — LH feriæ.

MISSA feriæ, pf. pasch.

Act 16, 11-15 Ps 149, 1-6a.9b Io 15, 26 – 16, 4a.

.....
.....

12. Alb. FERIA III hebd. VI Paschæ. S. LEOPOLDI
MANDIĆ DE CASTRONOVO, P, *memoria*. — LH
memoriæ.

MISSA memoriæ, pf. pasch.

Act 16, 22-34 Ps 137, 1-3.7c-8 Io 16, 5-11.

 IN DIOECESI HIEROSOLYMITANA

 S. EPIPHANII, E. salamensis et D. (IN CIPRO: *memoria*)

 13. *Alb.* **Feria IV** hebd. VI Paschæ. *Vel:*
Alb. S. PETRI REGALADO, P. *Vel:*
Alb. B. MARIE VIRGINIS DE FATIMA. — LH feriæ vel unius e memoriis.

MISSA feriæ vel memoriæ, pf. pasch.

Act 17, 15.22 – 18, 1 Ps 148, 1-2.11-14 Io 16, 12-15.

Vel in Missa de B.M.V. de Fatima:

E Lectionario Sanctorum

 Is 61, 9-11 Ps 44, 11-12.14-17 Lc 11, 27-28

Ubi sollemnitas Ascensionis transfertur in dominicam sequentem:

 13. *Alb.* VESPERÆ feriæ curr.

 14. *Rub.* Feria V. S. MATHIÆ, APOSTOLI, *festum*. — LH festi: Ad H.m. ant. de temp. et pss. feriæ V *hebd. II:*

 MISSA pr., *Gloria*, PE cum pf. App.

Act 1, 15-17.20-26 Ps 112, 1-8 Io 15, 9-17.

 Prohibentur Missæ defunctorum, excepta exsequiali

IN ASCENSIONE DOMINI, *sollemnitas*.

HIEROSOLYMIS: IMBOMON

13. Alb.	<i>Ingressus P. Vicarii C.T.S.</i>	<i>Hora</i>	16.00
	<i>I Vesperæ</i>	<i>Hora</i>	16.30
	<i>Completorium</i>	<i>Hora</i>	18.30
	<i>Celebratio vigiliaris</i>	<i>Hora</i>	23.00
14. Alb.	<i>Missa Parræcialis</i>	<i>Hora</i>	08.00
	<i>Missa sollemnis: P. Vicarius C.T.S.</i>	<i>Hora</i>	09.30

13. Alb. FERIA IV VESPERE — IN VIGILIA: MISSA VIGILIÆ, *Gloria*, *Credo*, PE cum pf. et partibus pr. Asc. Lectiones sumuntur e Missa in die sollemnitatis.

I VESPERÆ soll. — Cp. dom.

14. Alb. **Feria V.** IN ASCENSIONE DOMINI, *sollemnitas*. — LH sollemnitatis.

✠ MISSA pr., *Gloria*, *Credo*, PE cum pf. et partibus pr. Ascensionis.

Act 1,1-11 Ps 46,2-3.6-9 Eph 1,17-23 Mt 28,16-20.

S. Matthiæ Ap. festum omittitur.

Prohibentur aliæ celebrationes necnon Missa exsequialis.

II VESPERÆ soll. — Cp. dom.

.....



15. Alb. Feria VI hebd. VI Paschæ — LH feriæ (*II Psalt.*)

MISSA feriæ, pf. pasch. *vel* Asc.

Act 18, 9-18 Ps 46, 2-7 Io 16, 20-23a.

16. Alb. Sabbato hebd. VI Paschæ (*II Psalt.*). S. MARGARITÆ DE CORTONA PÆNIT., *memoria* — LH *memoriæ*.

MISSA *memoriæ*.

Act 18, 23-28 Ps 46, 2-3.8-10 Io 16, 23b-28.

.....

.....

I VESPERÆ dom. VII Paschæ.

Hebdomada III Psalterii

17. Alb. DOMINICA VII PASCHÆ

LH dominicæ.

✠ MISSA pr., *Gloria, Credo*, pf. pasch. *vel* Asc.

Act 1, 12-14 Ps 26, 1.4.7-8a 1Petr 4, 13-16 Io
17, 1-11a.

S. Paschalis Baylon Rel. et Omnium Ss. Episcoporum
Ecclesiæ Hierosolymitanæ memoriæ omittuntur.

.....

.....

18. Alb. Feria II hebd. VII Paschæ. S. FELICIS DE CANTALICIO REL., *memoria*. — LH memoriæ.

MISSA memoriæ, pf. pasch. *vel* Asc.

Act 19, 1-8 Ps 67, 2-7 Io 16, 29-33.

.....

.....

19. Alb. Feria III hebd. VII Paschæ. *Vel:*

Alb. S. THEOPHILI DE CURTE P. — LH feriæ *vel*
memoriæ.

MISSA feriæ vel memoriæ, pf. pasch. *vel* Asc.

Act 20, 17-27 Ps 67, 10-11.20-21 Io 17, 1-11a.

.....

.....

20. Alb. **Feria IV** hebd. VII Paschæ. S. BERNARDINI
SENENSIS P., *festum*. — LH festi.

MISSA pr., PE cum pf. de Sanctis.

Act 22, 30; 23, 6-11 Ps 15, 1-2.5.7-11 Io 17,
20-26.

.....

.....



HIEROSOLYMIS (in S. Sepulchro) et BETHLEHEM
I VESPERÆ seq.

21. *Alb.* Feria V. S. HELENÆ, *festum* — LH de Co. Sanct. mulierum. MPPL 57; PCTSO 208.

Missa pr., pf. Co.

Prov 31, 10-13.19-20.30-3 Ps 83, 2-5.10-11 Mc 8, 31-32a.34.

21. *Alb.* **Feria V** hebd. VII Paschæ. *Vel:*

Rub. Ss. CHRISTOPHORI MAGALLANES P. ET SOC. MM. — LH feriæ vel memoriæ (*III Psalt.*).

Missa feriæ vel memoriæ, pf. pasch. *vel* Asc.

Act 22, 30; 23, 6-11 Ps 15, 1-2.5.7-11 Io 17, 20-26.

IN DICESEI HIEROSOLYMITANA
S. ELENA IMPERATRICIS, E., *memoria.*

.....

.....

TABGA

I VESPERÆ seq.

22. *Alb.* Feria VI hebd. VII Paschæ, COMMORATIO S. PETRI PRIMATI, Tit. Eccl., *sollemnitas*. PCTSO 214.

Missa sollemnis (P. Custos)

Hora 18.00

22. *Alb.* **Feria VI** hebd. VII Paschæ. *Vel:*
Alb. S. RITÆ A CASCIA, REL.—LH feriæ vel
 memoriæ.

MISSA feria vel memoriæ, pf. pasch. *vel* Asc.

Act 25, 13b-21 Ps 102, 1-2.11-12.19-20 Io 21, 15-19.

.....

BETHANIÆ (Lazarium)

I Vesperæ seq. — Cp. post I Vp. dom.

23. *Alb.* Sabbato. S. LAZZARI, Hospitis Domini, Tit. Eccl. *sol-*
lemnitas — PCTSO 211.
 Missa pr. (MVS CTS), pf. pr.

2Reg 4, 18b-21.32-37 Ps 16, 1.6-7.8b.15 Rom 12,
 1-2.9-13 Io 11, 25-26.

Non permittuntur aliæ celebrationes neque Missa
 exsequialis.

I Vesperæ seq. soll. — Cop. dom.

-
23. *Alb.* **Sabbato** hebd. VII Paschæ.

MISSA MATUTINA feriæ, pf. pasch. *vel* Asc.

Act 28, 16-20.30-31 Ps 10, 4-5.7 Io 21, 20-25.

.....

DOMINICA PENTECOSTES, *sollemnitatis.*

Sacrum quinquaginta dierum tempus paschale concluditur dominica Pentecostes, qua commemorantur donum Spiritus Sancti in Apostolos, primordia Ecclesiæ atque initia eius missionis ad omnes linguas et populos et nationes. Præstat ampliorem formam Missam Vigilia celebrare, cum lectionibus et orationibus in libris liturgicis propositis. Hæc tamen Missa characterem baptismalem, ut in Vigilia paschali, non habet, sed intensioris orationis exemplo Apostolorum et discipulorum, qui erant, una cum Maria Matre Iesu, unanimes in oratione perseverantes, Spiritus Sancti effusionem expectando.

HIEROSOLYMIS: SS. MI SALVATORIS

23. *Rub.* *Missa sollemnis Vigiliæ (Custos TS)* *Hora 21.30*

23. Rub. Sabbato, vespere. — IN VIGILIA: MISSA VIGILLÆ pr., *Gloria*, *Credo*, PE cum pf. et partibus pr. Pentecostes.

Gen 11, 1-9 (*vel* Ex 19, 3-8a.16-20 *vel* Ez 37, 1-14 *vel* Ioël 3, 1-5) Ps 103, 1-2a.24.35.27-30 Rom 8, 22-27 Io 7, 37-39.

I VESPERÆ soll. — Cp. dom.

